EXORTATIO AD

CHRISTIANORVM PRINCIPES, DE ARMIS ADVERSVS ORTHODOXAE FIDEI HOSTES, ARRIPIENDIS.

Authore Bobio.



Cum Priuilegio.

1550.

¶ *Domine auerte iram tuam à nobis.*

Lodouicus Bobius Romanus S. P. D.

PROOEMIVM.

¶ *Zelus Domus Domini comedit me. Citharœdi Dauid, Regij uatis, sunt uerba.* *Psal.* LXVIII.

LIBER *paciferæ ueritatis fideliũ, Iesu Christi, filij Dei uiuentis*, Domini *nostri. Cui, ut Homini, data est omnis potestas, in Cœlo & in terra, à Summo omnium rerum parente. Qui post tanta ab eodem exacta discrimina, ligato* Sathan, *usque ad nouißima seculorum tempora, à trementibus inferis rediit ad superos: formosus in stola, triũphans: ad dexteram Maiestatis illius / qui miserat illum, in potioribus, ac omnibus bonis, æternum sedet: ut pro nobis sedulo intercedat.* Omnia *commeans, immutabilis deus, ubiq; cum patre, & spiritu sancto, plenus, atq; perfectus, pios seruans iugiter / improbos damnans: dilapsa reuocat, ac si semper manerent. Secundum immensam* Essentiæ *perfectionem, à seipso uniuersa, infinito intelligens actu:* Voluntate *dixit: in reali esse singula producens ex nihilo.* Iuxta *qualitatem temporum, nunc etiam, qui intelligẽtiam in galli uisceribus concludens: subiugali fœmellæ Balaam / fatale tribuit eloquium: credentium mentes illustrat.* In *cuius nomine ac uirtute, pro orthodoxa fide tuenda, hæc sunt exarata. Ac uolumina inter cætera, Anno Virginei partus / millesimo / Quingentesimo quadragesimo quarto, in Ciuitate Balneoregio inchoata, Testibus idoneis uisentibus. Qui ueluti argẽteæ bases, absq; falsi rubigine, proculdubio sunt inuenti. Sequente Zodiaco, anno uidelicet Quadragesimo quinto. Perusiæ: summo Regum principi Christo dicata. Cuius regnum (Danielis testimonio) cuncta soluet imperia. Aequo dum pede pulsabit omnia. Quãdo fortißimæ corruerint turres, & inclinabitur altitudo Virorum: ut spiritaliter aduersus Sodomam, & Aegyptum / fideles natos, sponsamq; sine macula seruet. (Quam propter tantos ualuit sufferre Labores) In quo libro, nil addendum minuendumue, donec finiatur seculum (Purißimo tamen ueri decore seruato) iuxta*

Apoc. XX. Esa. LXIII. Heb. I. Psal. xxxii. & XLVIII. Iob. xxxViii Nũi. XXII. Dan. II. Apoc. XI.

ſcilicet, uere doctos: S. R. E. Quæ à tramite Apoſtolico, nunquàm deuians, quoslibet ualet iudicare, & non iudicari. Cunctis in ambiguis rebus, ad eam recurrendum, tanquàm omnium parentem fidelium. Cui plus ultra non licet. Cætera nanq;, & temporum, & ſyderum inclemētia uetat. Hæc uero ſingula cum ſequentibus, Author ſiccis haud luminibus (ſi forte ſit ſpes) proprio exarauit calamo. Peruſiæ, Kal. Mai. M. D. L.

SVMMO ANTISTITI, IVLIO III,
Romanorum, Pont. Max. totius Gregis
credentium, Pastori Fidelissimo;

ALta licet mente, mihi repositum fuerit, Optimi Salomonis elogium, Altiora te, ne fueris perscrutatus, quoniam inquisitor maiestatis, opprimetur à gloria, Grandes enim Indagines (teste Hieronymo) ingenia parua non sustinent, & ultra uires ausa, succubunt. Veluti Phaethontis, Icariq; diri casus nos admonent, Omnium Seruatoris natorũ Christi Iesu, in terris, Maxime Patrũ. Sic ingens subijt cura diu reluctãti in animo: te quidem adire, diue præsul: in summo omnium fastigio sedentem, diuaq; sede potitum, insigni eruditione Illustrem: Vt tibi cum paupercula: Antecessores Theologos (ut dixerim) meos imitatus: duo minuta condigna redderem. Talia, suspensa mente cogitanti: actutum priscæ Religionis occurrit imago: quòd Dijs immortalibus, niueo Lacte, gens plurima, cum rusticis (Plinij testimonio) supplicabat: quæ thure carebat. Nec fuit uitio penes illos, propria numina colere: quo ritu posset expleri religio. Sic ingenij nostri, tenui Minerua: etiam paruuli capaces sunt libri. At (reor) non minimos Celsitudo tua iudicabit. In his enim, non Orationes, Sermonésue longi, bellaq; Gigantum contra legem naturæ, Deosq; pugnantium (non hos elegit dominus) casus, euẽtusq; uarios: nec multa, multum iucunda auribus, aut legentibus blanda. Sed quæ Opt. Max. Redemptoris nostri, bonos: ac Reip. decus, atq; prouentum iure poscunt. Nam ex illa ueteri Stoicorum Parœmia, omnia ad usus hominum, gigni rectè perspicuum est: Hos enim, hac ratione genitos esse, sapientes norunt, ut alter alteri, frequenter prodesset: & ni esset, in cassum tanti ortus haberetur initium. Exemplo es, ut te in heroicis, exactisq; uirtutibus memorem. Sic meorum monumenta laborum, licentiori, solutaq; narratione, felici auspicio, referre constitui. Versatur enim immotum illud quòd diuinus Seuerinus ille, in Isagogen Porphyrij Phœnicis in Dialecticis scribit. Quare aduertendum est, ut nos meliores, accuratioresq; reddamus, nõ ea re, qua pecudibus (Quæ, maxima turba est) nihil distare possimus, sed quo Cœlestium uirtutum similitudine, æternitatis gloriam, factis egregijs,

Eccli. III. & Prouer. XXV.

In Præfatione.

Gen. VI. Baruch. III.

De Driã.

dictisq; meredamur. Et ut in facta tua exeam: Sciantq; christicolæ cuncti, quàm ex æquo, tecum uiuat Militantis Ecclesiæ, felix Imperium. Nam neq; fortuna secunda, aut aduersa: tui amplitudinẽ, e fixo loco, Videlicet lapide angulari, ac precioso, fidem Orthodoxam firmante, ex utroq; pariete, Hebræorum scilicet & gentilium, populumq; acceptabilem deo patri / unquàm mutare ualuit. Quanquàm illa fortuna omnipotẽs, & ineluctabile fatum a mortalibus cen-

Aenei. VIII. seatur: ut Rex euander infit, Tu uerò præstantibus armis, constantis animi / scilicet & uirtutum (tot labores cum sudoribus mistos, diu passus) superasti: quibus diuino fauẽte præsidio, sacrosanctã uidelicet Synodum: uniuersalisq; Ecclesiæ Concilium, aurea libertate, indemne seruasti: potentiq; manu, Infelix lolium a tritico domini, sterilesq; auenas hæresum / incultis Lutheranorum in agris pullulantes, eradicando. Multipliciq; legatione functus, idem tamen propositum constans, quo noctibus pro diurnis usus delicijs: dũ insomnes uigilatasq;, pro Ecclesia tuenda: ac ingentes curæ uersarentur in animo, ut Resp. augeretur credentium. Sic cum Cœlesti / gentiumq; Doctore, coadiutor Altißimi in Mysterio sanctorum, dme Pater, fieres. Quanquàm / hæc ingentia facta, sine numine Diuum non eueniunt: Qua in re omnium oculi ad unum respiciunt. Hisq; / in uenerationem tui homines ducũtur, pariterq; admirationem. Post innumeras uirtutes / primũ Iustitiã, quæ inter cæteras / uelut inter astra Phœbus / splendet. Quidam munificentiam, animiq; magnitudinem: ac prudẽtiam / cui se conformiter habet, uelut rationi rectæ, tanquàm ad signum, Vir, qui & uirtute, & fapiẽtia, præditus est. Ego autẽ præcipuam admiror in te Charitatem / qui, non inferiora secutus, qua literatos complecteris, ac sæua tempestate, qua ob importunam bellorum perniciem: pax unà cum pietate, Philosophiaq;: humanarum, Diuinarumq; rerum / pia ductrice: quæ iam ad æthera cum Astræa (non præpetibus pennis) euolasse credatur: dum tot seculis, demens Regum discordia bacchatur, ac fremit. Tu uerò unus, Philosophos, Theologosq; digno honore accipis: dum uiris præstantibus uirtute, fauere nunq̃ cessas, qui re-

Aenei. I. uiuiscentes hylari fronte exclamant. Sunt hic sua præmia

De Vniuersitate in calce Codicilli. laudi. Nec te illud fontis eloquẽtiæ fugit. Philosophiam, bonum esse: quo nullum optabilius: nullum præstantius: neq;

datum est mortalium generi, Deorum concessu, atq; munere, neq; dabitur.

Ergo ad colendum te, familiari eadem charitate audax fides nos impellit. Nam pius Christi amor, omnia uincit, ueluti Aurum probatum, & in Apocalypsi suasum, cuncta metalla. Charitas enim, omnia sustinet, ut Paulus Buccina magna dei inquit. Cuius tu exemplo / ingentes eius uirtutes tonas. Maxima enim fœcunditas animi, pacis, atq; uirtutum. Quem magnopere, ut rectus pes tuus sequeretur, à teneris (dixerim) unguiculis excogitasti. Nam fluctuantis Cymbæ Petri, ualida manu retinacula portas, & sedens placido pectore, a solicitudinibus uanis, clauumq; moderantis Iustitiæ tenes, cursusq; huius uitæ ancipites, ubi non uenti secundi: Sed quàm multiplex, passim uortex, & non enarrabilia etiam pericula. Sed ubiq; mala, & incommoda, anxietates, & amaritudines: Sirenes cum Syrtibus latent: simul fixa acie, Sydera seruans: uelis etiam ministras, & manibus moliris habenas. Nam uirtus, actione cōstat. Doctrina igitur, & exemplo, Alas deiferæ nauis: flatuq; doni Septiformis / Spiritus: per uiros sapientia præditos imples: & doctos qui ad iustitiam erudiunt (qui etiam in perpetuas æternitates fulgebunt) quātum in te fas est, super astra tollis. His animatus, fixus semperq; manebo. Tu uerò Amantissime, Pont. Max. cum Ascanio etiam almo præsule / refers. Iam pectore toto accipio. Nulla meis sine te quæretur gloria rebus. Seu pacem, seu bella geram, tibi maxima rerum, uerborumq; fides. Ego autem pro Maiestate tuorum, cum cœli clauigero obtestor. Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Tu Iulius enim Tertius / Romanorū Pont. Max. à sancta patrum Synodo, creatus uniuersalis Ecclesiæ Pastor. (ut reor) Euāgelicus / atq; bonus pro ouibus. Triplici ab Illustrissimo Monte / Pulchram originem ducens. Nam à totidem altissimis Trinitatis Montibus delectus, tresq; Iulios nempe excelsos, ueluti Montes, inte diue Pater, completos esse cognoscunt fideles. Primus quidē: Ascanius Aeneades itidem sacer, cui Maximum cognomen ab Iulo. Fuit & Alter Iulius secundus, memorabilis semper, & Pont. Almus. Tu Vir, tu Tertius es, quo nomine imparíq; numero, tam Deus, quàm cœtus Ecclesiæ gaudet. Tres inquàm Montes, Iulius ipse secundus, Tui patruum

Apoc. III.

I. Cor. XIII.

Dan. XII.

*Rubro Galero insignivit: literis, pietate, uirtutibusq; Illu-
strem: Successor ut illius fieret. At inclementia Syderum
uetuit. Nam nimium potens, Montium Propago / tunc nisi
superis, tanta si dona cœpta stetissent. Nunc uirtutum me-
ritis (primumq; bonitate altißimi, à quo omne sceptrum lar-
gitur) Iulius ergo, & patruus ille, uterq; Secundus, iun-
cti cum Christo, te nunc Tertium tam Iulium, quàm excel-
sum genuere Montem. In quem confisus, penes eum, humi-
lis ascēdam. Dabitur enim, tam literas, quàm uirtutes scri-
bendi modus, & dicendi copia probis. Tuq; pie pater, Chri-*
Io. VI. *stum imitatus (à quo tanta concessa potestas) qui / creden-*
Math. XVII. *tes sepius satiauit in Monte: Vbi & gloriæ iucundißimæ im-
mensitatem / succedenti Petro ostendit, cum socijs. In Monte*
Mar. IX. *genus nostrum redimens; In Oliueto tandem post cuncta ex-*
Math. XXVII. *hausta ab ipso discrimina, ubi pacifera Olea pullulat, sempi-
terna pace Triumphaturus, reuersus unde uenerat. Sic & Tu*
Mar. XV. *Mons noster Tertius, ingens, uirtutum meritis, & ipse pin-*
Luc. XXIII. *guis Iustitia (Omnium præstantißima) Annona exēplorum,
pace, doctrina, patrijsq; moribus, Orthodoxæ fidei regna*
Io. XIX. *pasces: gregem tibi creditum ab infidelibus lupis, redimendo:*
Luc. XXIIII. *fideles, ab immundis defendes Idolatris. Sic in Monte uir-
tutum, Gloriæ / animiq; magnitudinem ostendes in domino.*
Act. I. *Tu igitur tanquam spōsus egressus de thalamo, plenus dierū,*
Psal. XVIII. *in senectute bona, Nestoreis lustris: tot meritorum spolijs,
onustus, ut alter Augustus Cæsar: Videlicet gloria, fama,
triumphis: ferus, lætusq; tandem uelut abs Oliueti Monte
ascendes ad nos, populumq; accinctum nostrum. Tunc uæ
tibi Roma. Nam militantis Ecclesiæ, sedenim uidebitur cor-*
Psal. XI. *ruisse imperium: quando super altißimum refugij montem,*
Can. VIII. *montesq; aromatum, & inter ardua, quæ fecit omnipotens:
capiet Empyreum. Nunc uero tantarum uerso cardine re-
rum: neque inferiora, sed potiora facinora perficies, Velu-
ti Iulius idem Secundus: qui & uotum Deo Opt. Max.
sacrarat: post biennium, Missarum solemnia, se in Bi-
zantij Imperio exacturum: Vasto scilicet in Diuæ Sophiæ
Templo, quo maius non datur in orbe: quanquàm Latera-
nense uniuersi caput, sit tanti, ut nullum sanctius. Iulio sed
Tertio (nempe & nostro) tantæ fortunæ, animi, constan-
tiæ, uirtutumq; Locus, uacat. Vt tam præstantibus armis,
quàm uictricibus, arreptis unà cum fidelium magnorum*

Ductoribus

Ductoribus, Conferas manum cum hoste. Tunc Imperium / hostibus domitis, Romanam sub potentem dextram redibit. Fasces, & Iura succedent: ensisq; / & Arma suo sydere felicia erunt: Credentes & Diua signa secuti. Tunc Diuûm Cellas / & templa restantia cernes, ut uidendo restantes. Sic per Asiæ populos / Romana Insignia & Manipuli / per Latos etiam Campos / & noualia / fluentia Lacte & melle, ut per sua discurrent, Persarumq; Euphraten (tanquàm uerus Israel uisurus Deum) maria / Iordanemq; tranabūt Itali: Exo. XIIII. Altissimo digna canentes. Diuinamq; fœderis Arcam / Sacrosanctam uidelicet / Eucharistiam / in medio summo honore ferentes. In qua / Manna / & Angelorum panis Latitat. Iosue. III. IIII. & V. Hic utriusq; Instrumenti Tabulæ: Sapientia scilicet / Dei patris genita: qui summus Interpres Christus est, unusq; Magister. Moysisq; Virga / uidelicet æquitatis / & incorruptibilis regni Seruatoris, itidem & nostri. Tandem festiua / a superis / reddetur Parens Ecclesia: stabilisq; ad suum pacis æternum orbem remeabit. Præsertim / dum fusis hostibus / solida pax / fidelium dabitur populis: qui Deo Opt. Max. (a quo omnis uictoria pendet) solida fide sese commiserit. Qua in re Diue pater, cum Plutarcho illud Alexandri uere Magni, (qui & Asiam perdomuit) de te referram / & sine iniuria / Summe Pastor, ac Militantis Ecclesiæ, Clarissimum Numen. Vnumq; ueluti commune Lumen / ad uniuersos pertineret: Nunc uerò terra, quæ luminum Tertium, Pont. Max. non uiderit / perpetuis prope dixerim tenebris damnata sit. Eia agé prudentiss. ac Alme Præsul, Ingentem factis / fer ad æthera Romam. At quia de Summa rerum / Orthodoxaq; Fide tuenda agitur: bellorumq; torrens instat, & urget / ut reliquias perquàm paruas rapiendo absorbeat: Idcirco meæ gratitudinis / Sumptū a genere Deliberatiuo Argumētum, hilari, qua datur fronte / accipe: maiora propediem (Supremo allabente præsidio) suscepturus. Vale Heroum Dulce Decus / in quo tuta nobis salus, & de hostibus spes certa Triumphi. Psal. XLIIII Heb. I. Dan. VII. Deut. XIX

E. S. V.

Idem Lod. Clientulus.

VErùm Illustrissimi ac maximé Reuerendi Collegij sacri / & Orthodoxæ Fidei Pastores / Summi Patris, comites Op=

timi, prospicio: quòd, quæ Sapientia/Religione, Sanctis patrum Institutis, æquo iure superari nequeũt: obnixè nitentes, arma impia sumunt hostes. Vos igitur, qui sacra fertis altissimi, uidelicet Ecclesiarũ pastores: & qui Apostolorũ Cardines Orthodoxæ fidei uoluitis: armis spiritualibus pugnate, uidelicet doctrina, consilio, prudentia, exemplo. Et cũ
Ephe. VI. Ensifero Paulo sumite galeam fiduciæ capitis Christi impenetrabilem. Inuiolabilem Spei æternæ armaturam induite. Loricamq; iustitiæ arripientes. Clypeum per tot terga passorum, diua constitum manu, in quo omnia ignea inimicorum tela, poßitis extinguere insertate. Et calceati pedes in præparationem Euangelij pacis. iuxta illud. Quàm speciosi
Esa. LII. pedes euangelizantium pacem. Nam caput orbis effecta est
Ro. X. Roma, iam tot Italia grauida Imperijs. Quæ Apostolorum pacifero pede calcata fuit / Euangelizantium bona Italis. Quorũ sedes, tanquàm inconcussæ columnæ ex fuluo metallo, & ueluti argẽteæ bases absq; rubigine falsi, tenetis. Nam Ecclesiæ fortißimi principes, & pastores populorum semper intrepidi. Sic enim Homerus inquit. Principes populorum sunt pastores. Vos igitur aduersus lupos conserite dextras: uidelicet gladium ancipitem, utraq; parte scindentem, Dei scilicet uerbum, terrenum hominem diuidens in omni compage membrorũ, arripite. Verùm Accidẽtia maximè conferũt ad ea quæ intus sedẽt. Vobis dico maximè Reuerẽdi ac Illust. qui Catholicæ Religionis, Herculea uirtute, sustinetis onera, Quibus uestis lõga, quæ sufferentiã in aduersis indicat. Lata, quia lata charitas. Rubroq; Galero insignes, quòd usq; ad purpureũ sudorem certare fas est, urgente negocio. Quo cætu sospite, ubi tantarum uirtutum cumulus sedens Deifera sapientia uiget: nunq̃ fatebor Almæ Romæ, nec Reipub. res nostras esse uictas, nec fore uincendas. Quos Cõstantinus ille pius, Monarcha, & fideliũ dux, Regio cultu decorat: ut Sũmum patrẽ in terris / sacro Tyara, triplicíq; corona (uidelicet hæreditatis fidei merito: honoris, & reuerentiæ Christi: ac primo superioris Imperio) Insignem comitantes paßim exornent. Nam & Portatur iuuenum ceruicibus aurea sedes. Cardine supremo fastigium singulare. Imago noua superum. Mysterium nempe sublime rerum.
I. Pe. II. Vos enim dequibus, caput sacrorum Apostolus. Genus electum Regale inquit Sacerdotium, illius, qui faciet nos Reges

& Sacerdotes æterno Patri, Sacerdos in æternum. Vosq; Orbis Cardines si de summa reru oportebit disserere, iucu͂dißimum Patrem Max. Vires ultra imitando, magna comitate caterua: ad Christianorum principes, uidelicet præpotentes fidelium Reges, & Imperatorē semper Augustum uosmet recipietis, caussa æternæ pacis firmandæ: ut & pacem Christi hanc, æterno nexu unà cum Almo patre, iungatis, Et paribus se legibus ambæ inuictæ gentes, Hispanorum, Gallorumq;, aduersus hostes: in fœdera mittant. Sic populi, & Heroes, uos caussa uisendi, Tantorum impensis operum, ac etiam commodorum obliti, tanquam uirgineæ apes, per florida rura decurrent ut alta fastigia, Virginis sponsæ, uidelicet Ecclesiæ domini, & absq; ruga ipsi aspiciant: insontemq; uitam (intercedente benedictione suprema cumulatius potiri ualeant. Agris effusa Iuuentus Ducum circumerrant acies. Nec altæ domus silebunt. Foris uerò/ gentium resonabit applausus. Iuxta illud sexti Aeneidos) in quē allegoriæ, & Christum omni laude dignum deductæ sunt dicere poßimus. Ac ueluti in pratis, ubi apes, æstate serena. Floribus insidunt uarijs, & candida circum, Lilia funduntur: strepit omnis murmure campus. Tādem iter emensi, casus superabitis omnes. Et quid Summus Pastor, creditum sibi gregem uisitans: tot effusis de more sudoribus cum lachrymis: ex fibra cordis, coram Regibus tonabit? Quorum sunt partes, aduersus lupos conserere dextras, & arcere à domo domini rapaces. Nempe, quod ille etiam sacer, magnusq; Anchises, apud umbras Cæsaris, & Pompei tulerat. sexto. Ne pueri, ne tanta animis aßuescite bella, Heu patriæ ualidas in uiscera uertice uires: Tuq; prior, tu parce (uidelicet Cæsar) genus qui ducis Olympo. Proijce tela manu, sanguis meus: Iubata pietate iunctus. Nam alter Christi gladius, delectus ab ipso qui stricta acie, in immundos Idolatras/ ueluti Canes nunc euaginādus est. Neq; exēteranda est pia parens fidelium (Tantum enim munus/ non hos quæsitum in usus) Heu quæ patriæ uiscera? filij geniti per adoptionem à sanguine, & dura nece Agni, tollentis mundi scelera. His ergo, & maioribus hortatus monitis pientißimus Pastor Christianorum principes, Inclyti, pijq; Reges astabunt. Sic Optimus pater, (forte & Legatione uestra, iam præueniente, sapientia/ pietate, constantia

Aenei. VI.

Lu. XXII.

fide, & dicendi splendore munita) de pace perpetuò seruanda, idem orans, Imperandoq́;, præceptum dabit, mandatum uidelicet nouum, & ingens) dum uirtute magna, scilicet charitate munitum, Seruatorisq́; Iure hæreditario memorabile primum. Sic firmabit salutis fœdera. O pacis solum inuiolabile pignus. Tandem bellum, pace mutatum: plurimum gaudij afferet. In excidium uero, strages) ac mortes hostium, Propter sæuam Tyrannidem, sceleraq́; in derisum altißimi perpetrata: fideliumq́; dilapidationem longæuam: ut dignas, semen improbum Chan, & Belial, pœnas soluat. Quemadmodum Iosueq́; Temporibus: talibus Deo inuisis) usq; meientem ad parietem in ore gladij excisis euenit. Credentes uero propria recediua demum reuisant. In quibus Princeps Regum terræ Christus Iesus pugnabit. Cui sempiterna potestas, & honos.

DIVO CAESARI, CAROLO .V. SEMPER AVGVSTO.

TV Imperator, Tu Sacratißime, genus qui ducis Olympo/ uidelicet à gente Suprema, tot, tantisq́; Optimis Regibus, Christianorum Ductoribus: Regum, & Imperatorum Inclyta Domus: per tot ducta uiros/ antiquæ ab origine gentis. Tibi Carole Cæsar, semper Auguste, Caroli uerè Magni. Iustitia, uidelicet pietate, & præstãtibus armis, quondam Aui, Imago tibi occurrat. Qui tot regna suis, pugnãdo euerterat armis. Par animo cuius totus non extitit orbis. Ipse enim Monarcha, Orientem penetrãs, terram Sacrosanctam, quam calcauit Dominus, toties ab infidelibus, potenti dextra pioq́; cruore acquisiuit. O' fama ingens/ ingentior armis, Carole, uir Christianißime, quibus Cœlo te Laudibus æquem? Iustitiæ ne prius mirer, belliue Laborem? Nempe Cæsar Max. ob crebras, celebresq́; itidem Victorias, quas Diuina ope, Infractaq́; perfecisti manu: in Problematibus habeo/ An Carolum Magnum, an Quintum, uidelicet Augustum, te uocitem. Sic ambigo, utrum Constantinum, Primum Orthodoxæ, Orbisq́; principem, credẽtium, & Ductorem Maximum appellem. Tu enim fœdos Idolatras/ fœdifragosq́; semper, ac bilingues Afros, Vna fudisti acie. Apoc. VII. *Vt cum primo .C. Cæsare (qui & magnum nomen omnibus dedit.) aduersus pharnacem, Mithridatis, filium superstitem, ac Regem Ponti audentem nimium, iure quidem dicere queas. Veni. Vidi. Vici. Munitißimasq́; oppugnando, arces, tam fidam/ quàm fortem adhibuisti custodiam. Sed enim Non minor est uirtus (quin & potior) quàm quærere, parta tueri. Innumeraq́;, à trieribus redimendo mãcipia. Nõ Solis equi, efflando naribus ignes, haud aquarum inopia/ impedimento fuere. Nam deserta siti regio) Nil Syrtes, aut Scylla tibi/ nil uasta Charybdis obfuit. Tu enim fortißime Cæsar, dehinc infrænis ut Numidis Vi fræna dedisti. Agrestes, indomitosq́; ut Barcæos, Iustitiæ iugo, & Religionis, perdomuisti. Itidem & miserandam semiscrorum audacem licentiam, Iustitiamq́; contumacem, in piam parentem Ecclesiam, Sanctaq́; Patrum instituta, sæuientem: proh pudor quũ aduersus eos, qui in superis, coram Deo, & Agno dignas laudes referunt, aduersantem,*

perſpicuum eſt. Quod infandum ſcelus / iam tot centenis,
Apoc. XIII. & XVII. *in ſpirituſancto / Euangelica Ales, Summo reuelationis Ti*=
tulo detexerat. Dum beſtiam Antichriſtum, & præcurſo=
res eius oſtenderet etiam cum filio dei certantes. Pugna=
bunt inquit cũ Agno, & Blaſphemabũt tabernaculum eius.
Et eos, qui in Cœlo habitant. Nam Dei Tabernaculum in
quo habitauit Chriſtus Virgo eſt eternis laureanda coronis.
Quantò magis aduerſus homines præſtantes, & probos? Sic
Aenei. VIII. *miſcebant ſacra profanis. Quorum tamen ſcire / aut igno*=
rare, nullo diſcrimine refert. Dum ſenſu / ut quadrupedes
ducuntur. Qui nec Dei ſanctos timent, nec homines ueren=
tur, aut Dominos. At ſacræ eos admonent (ſi fideles ſunt)
I. Pe. II. *literæ. Nam & Apoſtolorum Princeps. Serui inquit ſub*=
diti eſtote in omni timore Dominis, non tantùm, bonis, ue=
rùm etiam Diſcolis. Nam & ipſis praeeſt omnipotens, &
acer ſui numinis eſt Deus. Potenteſq; / potenter tormenta
patientur Sapientiæ teſtimonio. At Ignobile Vulgus / ſæ=
uiens in pios Heroas / ac principes / ut inſipiens brutũ repu=
gnat. Vnde patres Sophorum, & legum Plato, & Ari=
ſtoteles arbitrantur cum Demoſtene, Reip. impenetrabili
Clypeo: Populum (de contumaci eſt ſermo) malam beſtiam
eſſe, ac multorum capitum belluam. Velut ſi altera Hydra
eſſet, pollentius tot uenena ſibilans. Nos uerò affirmamus,
quòd ingens beſtia ſit, ſine capite. Plebs enim poteſtatibus
repugnans. Deo Opt. Max. repugnat. Quia omnis pote=
ſtas ab ipſo largitur. Ideo tandem populares, futilibus uſi
conſilijs, calcitrantes in ſtimulum, fracti remanent, & in=
ualidi ſemper. Turba nempe errorum magiſtra, ſapientiam
proborum, Sanctorumq; Authoritates irridet: cum nil boni
nilq; certi percipiat, & quæ optima ſemper ignorat. Sicq;
latratibus tantum præſtat, & ignoratione tam negationis
(dum nil ſciant) quam prauæ diſpoſitionis ad ſciendum.
Audax tamen ut Sophiſta uerboſus inter fæmellas, cantha=
II. Pe. Cap. II. *roſq; ſicera plenos: & Cymbia ſpumantia mero: de Cœleſti*
Doctrina diſputans philoſophatur de Paulo. cuius Doctri=
nam horumq; inſipientiã / caput Apoſtolorum ſuis in literis
miratur dum ait: In quibus (u3 Pauli Epiſtolis) ſunt quædam
difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles detorquent, ſi=
cut & cæteras ſcripturas: ad ſuam ipſorum perditionem
imitantes Iudeos, qui diſtorta intentione ſacras interpretãtur

scripturas. De his intelligit qui Theologantium tabellas / nunquam tetigere digito. Non potest igitur non obesse ignorans (si facultas adsit) & iniustè agere. Iuxta illud Propheticum omnis ignorans malus. Priuatiua enim oppositione / Sapientia, & ignoratio aduersantur. Velut infelix caecitas / & desideratissima rerum uisio, alma lux / quam tàm bonam, ab exordio creaturae fecit Omnipotens / & inertes tenebrae. Hoc illi tantum conuenit, quod diuinus Plato in Apollogia de Socrate refert: Vnum scio quòd nihil scio. At tibi experto longo labore, & orbi: neq; rem obscuram refero, haud nostris egentem codicillis Sapientiss. ac Max. Caesar. Nec talium / inania uerba / popularesq; sententias, huiusmodi explosas: nobiles / eruditi / Duces / & Inclyti citant. Non enim Iouis Ales, inutiles capit muscas. Nam canum latratus semper saeuit in auras. Qua in re / Senecam audiamus. Tam turpe inquit tibi sit / laudari a turpibus, quàm si lauderis ob turpia. Scis tamen, quòd Elephas Indus, non timet culicem. De his attamen infra largiori sermone dicetur, Dum e multis, quaedam ipsorum soluentur haereses, quae fidelium decorem corrodunt, ut lignum Caries, Sunt & acerrimi fidei hostes: sed intrinsecus latent uenena, ut insidientur cautius. Quia nulla pestis ad nocendum grauior, quàm familiaris inimicus. Nempe non albos Apoc. VII. *ascendunt equos, uidelicet purissimae fidei dogmata, quae cum Apostolis tradidit Ecclesia. Sed equos pallidos equitant inquit Euangelica Ales. quia in fide inueniuntur infirmi Iuxta illud. Pallentesq; habitant morbi. Hanc igitur Imperatoriam Legem, quàm breuem, Auguste (ut reor) memora: Remp. nobis restituens. uidelicet Christicolis / paciq; imponere morem: Dehinc parcere subiectis: Tandem ad primum praesens Institutum: Debellare superbos. In quos modò arma uictricia sume / & signum Crucis, in populis credentium / ut Constantinus felicissimum, eleua. Hoc Imperatorum insigne paternum: inter Acies, dispone & Classes. Tecum pugnabit inuentor rerum dominus. Tu uero Bizantij / uelut signum ad sagittam aspice Imperium: iam tot annis exesum à Canibus. Heu Templa altissimi prophanata, à Religione: Caeremonijs, & rebus mysticis separata: ac in foedas ferocium Misquitas deducta. Heu stirpem inuisam: & fatis contraria nostris. Nam Triumphale Vexillum, su-*

per quod Reges continent adorando os suum: impudenter infidelium uestigia premunt. Quod tamen Angelicis delatum manibus, apparebit in Cœlo / dum Rex Regum, orbem iudicabit Christus: & quem his maximis in rebus, de-
Deut. *fensorem habebis: hic tibi Triumphum, hac hostium Tro-*
XXXI. *phea prestabit / & robur. In terram patrum, introduces filios Christi qui tecum erit: ut occurrāt & hostibus mala in extremo tempore, quia Dominus delebit eos in conspectu tuo. Ne paueas ab illis, quia Deus est Ductor tuus, & non derelinquet te. Cōfortare Cæsar, intrepide semper, & esto populo Dei, ut alter Iosue Vir robustus. ¶ Germanum habes Pannoniæ & Boemiæ Regem Romanorumq; Clementis Septimi Pont. Max. tempore Regalibus Sacramentis diademate coronatum: qui aduersus Turcas propugnaculum Impenetrabile semper / toties uices infidelium soluit in auras. ¶ Astat & Philippus dulcis amor, Cuius Iugis & indelebilis cura, in pectore sedet. Iam præstantißimus Princeps / cui & sedes, & regna debentur. Qui sub Genitore tanto / inter Fortißimos Heroas, præstantia arma ferentes, disciplina belli, Magistro / iam Laborem, graue & Martis opus, piceo sudore discendo assuescat: & primis tui ingentia facta / miretur ab annis: ac pubescente gena / terat exempla suorum. Cuius uentura fama tam grandis. Et magnæ spes altera Romæ. Vos enim Iuniculus aureus triplex, qui (Salomonis prouerbio) difficilius rumpitur. Dum fatale Imperium, & uestris sedent in manibus, uidelicet à Deo, qui sponte regna donat. Qui per Danielem abstinētem, ac Doctißimum / ex ultimis Prophetarum cuneis, uatem: nedum*
Dan. IX. *Ebdomades prædixit / quibus exactis / occideretur Christus & peccatū finem obtineret, ac Iustitia sempiterna aduenīēs, Euangelium prædicaretur in gentibus. Verum etiam ut Romanum Imperium innotesceret ait. Regnum Quartum uelut*
Dan. II. *ferreū erit. Videlicet Monarchia Romanorū. Prima nanq; Aßiriorum. Secūda Persarum, atq; Medorum, quæ incepit*
Dan. VIII. *a Dario Vaticinato sub specie Arietis, quem hircus caprarum terribilis, prosterneret, uidelicet Alexander Græcorum Rex cognomento Magnus. Qui Imperium ad Macedonas transtulit. In quatuor tamen primos Reges diuisum. Demumad potentes Romanos Monarchia deuenit qui dentes habentes ferreos, omnia regna comminuerint. Nam eiusdem Danielis*

dem Danielis

dem Danielis testimonio. Quomodo ferrum omnia commi- nuit, & domat: Sic quartum Imperium, omnia regna con- teret. At pedes ferro, testaq; mistos, indicat Vates, quia Regnum diuisum, & pro parte erit inualidum; ideo par- tem testeam singuli, & partem ferream ait; Quod tamen de plantatio ferri (inquit) Oritur. Nam ab ipso Imperio omnia pendent regna, præsertim ad ipsum tuendum. Vt in æuum duret Iuxta etiam illud. His ego nec metas rerum, nec tempore pono. Imperium sine fine dedi. Hinc cæteras inter Coronas Imperatoris, tempora illius ornantur & fer- ro; quem Martem Sophi appellant. Durum inter metalla, ac solidius. Vnum tamen patitur non paruum discrimen, ne à possessoribus exerceatur: Sedenim ipsum corrodēdo Igna- uia tandem hostis rubigo interficit. Velut de quàmplurimis Imperatoribus Legimus: quos neq; Roma Maxima rerum, sustinere ualuit. Idcirco illud Iulij Cæsaris memoro. Tolle moras, nocuit semper differre paratis. Philosophusq; no- ster, alta mente autumans, suam sententiam tulit: quodcō- grediens hostem, tertiam sortitur partē Victoriæ. Quæ in re priusquàm habeat muros. Tu Inuictiss. Cæsar congredere: & hanc memorabilem prouinciā sume: quia adhuc post Cine- res, immortalem reddet. Quæ semper maxima dicetur po- pulis, ac tātarum laudum indices crescent munera, Sic in æuū/ tui nominis celebrabitur honos. Diemq; sanctum ingentis ui- ctoriæ minores recolent. Quemadmodum & Israel quondā electus/solēnem diem celebrant super Victoria Iudith Holo- ferne truncato de quo infra Iudith XVI. Nam & uarij cre- dentium exercitus, tete sequētur, una tamen uoluntas, pro Christo & Rep. pulchram subire necem, quin uitam perpe- tuam magis. Ab Hesperia magna, Pont. Almus. Max. for- tissimis Italorū Ductoribus, opportuno occuret auxilio. Dū iterum, atq; iterū, Armis Cæsareis tuēda sit Christi Ecclesia. Sic & tibi præsidio erūt, intrepidæ, Selectæq; Legiones Au- sonidū. Vt semper, Sit Romana potens, Itala uirtute pro- pago. Totusq; fideliū Cœtus, annona, Classibus, armis, te Cæsarē Augustum semper felicissimū prosequetur, cū Chri- sto seruatore fideliū: qui ab initio conterens hostiū uires, & bella: dominus dominorum nomen est illi. In cuius Ditione Cuncta sunt posita. Et Regnum eius sanctorumq; in genera- tione, & generationem, æternumq;, quod non minuetur. Cui sempiternus honos, & sine termino Imperium.

Aenei. I.

Lucanus. I.

Iudit. IX.

Dan. IIII. & VII.

CHRISTIANISSIMO HENRICO
Francorum, Regi Max.

TVq; Gallorum fortißime Ductor, Vir Henrice, Maxime Regum, Auis, Atauisq; potens. Tu itidem Genus qui ducis ab alto. Dum Lilia, quae paterna insignia sunt, Coelo demissa. Non haec, ut arma Vulcani fictitia, aut fatale scutum missum ab aethere (inquit Liuius) & lapsa Ancilia Coelo, Secundo Romanorum Regi/uidelicet Numae (Primus qui Legibus Vrbem fundauit) Tu enim non laetales Rubetas (quos Bufones uocant) pro Regalibus Armis poßides: ut tum primi Gallorum Reges, Se At Caelesti Parma, Lilia. uidelicet aurea, atq; trina, in quibus sponsus pascitur Christus, ut illibatam eius fidem cum tuis serues: quam etiam Proauus Carolus Manus (hoc est, pulcher & fortis) aeternum Magnus, tulit ad exteros: & spumante ingenti sanguine, usq; ad frenos equorum, defendit cum socijs. In quo nempe coibant Pietas, & Arma/ & Conscia uirtus. Tantus nempe timor, à Maumeth, & Sergio haeretico delusos, & in reprobum sensum prolapsos, inuasit: ut dum Christianos potentes, in medium afferre uolunt, haud solum Christicolas, uerùm & Francos apellent. Multusq; etiam modò recursat tanti nominis honos. Maximumq; nomen, tanquam inbelles & effaeminati diffugiunt.

Aenei. VIII.

Aenei. VI.

Can. II.

Apoc. XIIII.

Regum igitur fortia, liceat sic nostris annectere, Henrice Orbis inuictiß. Regum. Sic Adamas hercle, quasi indomita uis, ferri, Ignisq; Contemptrix: fragili siquidem Berillo, in pectore Antistitis Almi diuino sociatur Imperio. Credo equidem (nec dissona fides) tam in selecto uirorum Coetu, candida uix me ueuientia Regum facinora conficere (Ni prole Virginea fraetus) Quis enim mortalium apparet, cui tam solidae uires, cordis tam ferrea fibra, uiuax ingenium. Memoria tenax, ut praesentia sciat: praeuidendo/ uentura cognoscat, Intellecta seruet, exarct Calamo: & in uolumen collecta (potentißima ueri Maiestate producta) in medium referat? Maximum quidem Imperium, Repertorem rerum imitari, qui praeterita innouat, ac si fixa perstarent. Veluti Esdras, Pontifex Hebraeorum, disertißimus uates: Paracleto distante, Scribarum numero septus. Diuinorum seriem, penitusq; abolitam Legem, breui in proprium refor-

mauit decus. Idcirco Heroum, Campum ingressus, ordiri/ apiculas imitatus, quàm breuissime tentabo. At si de hac re uidelicet Orthoxa fide tuenda, forte uarij uaria senserũt: Plures tamen ingenio uigili (ut arbitror) illorum, qui parentem Ecclesiam tutati sunt praecipue Semidei Principis Caroli iam relati maximos actus, insigni splendore notarunt. Quos etiam Caesaribus pariter congressere. Hic Summus nẽpe Carolus non dũ pubescente gena, profugus: à parricidis aufugit aemulis. Hispaniarum Oras lustrans ad tempus, maximo honore in Regia cohabitat. Tuq; adolescentulus, tam aerumnis, quàm Regno, illius comes effectus. Qua in re nec te Maxime Regum pigeat, à me (non augure falso) hoc perdiscere. Nautam probatiore lumine / procellis imminẽtibus, obsistere nec illisa puppi iuuat illud: Non putaram. Ibi nanq; salus, ubi fideliora cõsilia. Quid moror? puer adhuc tuq; penes Hiberos, ut alter Vlysses, iam ingeniosus, mores hominum didicisti, & Vrbes. At inconcussa Virtus, magni adolescentis regebat pectus: dum hac illac spectans oculis, minãti similis: tu Mascula Progenies, nullis olim corda terrenda Casibus, ostentabas. Nam, Audẽtes fortuna iuuat. At degeneres animos, timor arguit. Paterna deniq; regna, & limina uidẽs, talia doctiloquo dedisti sermone. Aenei.X. Aenei. IIII. Saluete clari Penates: quos longaeua meorum excoluit pietas. Ad uos redeo laturus honores. Asturconum mox hinnitu, praestò Curiales adsunt: hilariq; uultu supremo hinc inde suscipientes honore. Sacerq; Senatus, cũ patribus, festiuus occurrit. Tum Gemmati primates Francorũq; populus, ut apes inter Lilia, rosasq; rubentes, reddita aestate serena: uno ore resonabant. O' Sate prosapia Regum, qui nobis Galliam reuehis incolumem: aeternaq; Parisiorum seruas moenia. Inexplebili perfusi gaudio / rorantibus oculis / Incommoda duri passum itineris, amplexabantur. Turbaq; mirabatur matrum / & prospectans euntem Attonitis inhians animis. Laetitia / ludisq; uiae, plaususq; fremebant. Omnibus pertẽtant gaudia pectus: Lachrymaeq; decorae, ac suaues, per Lactea colla decurrunt / collectos in sinus. Reliquum uulgus attollens infit. Fortunati Reges, qui hunc tot succedentem sedibus genuere. Quid plura? Diua parens (Cui semper candida fides, & suorum inerat cura) te sceptris condignum & auo, inter bellorum discrimina (prope betas) obsidem ne

cerneret: Produorum stelligeras mansiones dignissimo reddito spiritu ingressa est. Spoliumq; sacrum Caelestis perflauit aura. Christiq; manu perpetuo delibuta Balsamo. Vas incorruptibile (ut ferunt) aureũ, quod supremus rerum Opifex, tanquam exemplar Heroidibus cunctis praefulgidum / ingenti conflauit amore. Hoc in eburneo Thalamo / tot mensibus te Optime Regum Henrice coaluit. Regumq; fidelium parentem praecipuo munere dedit. Ab astris & animam sortitus bonam: ingenuisq; moribus / sapientiam paruulo addidit: condignis ut Regna posteris seruares. Ingentes pientissima mater & sancta / preces offerebat Altissimo: placidosq; tollẽs uultus ad sydera. Tu (inquit) factor rerum, qui cunctis germina praestãs, per Prophetam dixisti. Nunquid ego qui alios parere facio: ipse non pariam. Si ego qui generationem Caelis tribuo (quorum influxu cuncta generantur uiuentia) sterilis ero, ait dominus? Da & mihi fideli ancillae tuae prolem, quae parentum exinanitos non linquat honore: Tandem conclusit. Da sobolem dignam sceptro, quae iura subactis imponat populis: & Diuũm iussa Capessat. Geminisq; presso palmis utero: his uenturam in lucem (cunctis desideratissimam) Magnorum Patrum Spem, maternis affatur uotis.

Esa. LXVI.

Nascere Magne puer / Sophiam qui Doctus & Arma
Virtutes Patrias citius secteris: & alto
Fretus Vt auxilio resces ex orbe Tirannos.
Sic ubi seruaris Regnum, Regniq; fideles:
Inter sidereos, capiant te numina / Campos.

Quae non graues aerumnas, nec interim passa fastidia partus / mox omnium pulcherrimus exortus infans, & inter Regum natos, fulgentia laturos arma / nemo praestantior. Cuius species iam digna Imperio. Nam & Authoritas, & dignitas formae semper affuit. Si quidem decuit ex nobili germine, nobile germen oriri. Daedala nanq; cunctorum parẽs natura motus, & quietis principium, uis est insita rebus / ex similibus similia procreans. E quibus primi sunt Reges qui à summo Ioue (Deo scilicet quia omnes iuuat) dicuntur esse, ut scriptores referunt. Nam à Deo omnis est potestas. ut sacrae ostendunt literae. At Virtutes Sapientiam / arma praestantia / cum liberalitate, & pietate colentes / hi tanquam soles, inter astra refulgent. Hae sane Principum

Regnumq; propriæ dotes: Purißimo ueluti gemma, duro circũdata. Quibus & maiores claruerunt, & durum à stirpe genus / inclyta uidelicet Francorum Propago. *Quorum ardens uirtus, Parisiorum & doctam & sacram* Vrbem *regens, & orbem: fatale / ac* Romanum *(* Danielis *testimonio) seruauit Imperium: iam iam maxima ex parte, collapsum. Dum inter Christianorũ Principes sæuiente Marte ore cruento / pila proprijs minantur pilis. Quoscunq; fideles lætali implicat bello: nec capit adhuc discordia finem. At Carolus immortalis, & uere magnus. Maximus fidelium* Ductor Pater Patriæ / *Maximi Constantini sequens uestigia primus Imperator credentium fuit* Orthodoxæ *fidei seruator post Christum / supremus, aduersus Leones, & Vrsos: quos, ut* Dauid *lacerat pius, ac fortißimus* Heros*: uidelicet Desyderium, quem hostium* Orthodoxæ *fidei, tot millia, tot gentes comitabantur ut uiperæ regulum sed paßim ex infidelium oßibus montes reddidit albos / Carolus noster / Gallorum sublime decus,* Hinc *taurorum, patrum alumnus,* Henrice*, inuictiß. Regum: pietate præstans, & armis, uires, & facta tuorum / & quæ tanta sit gloria laudum: Clarißimumq; genus alto à sanguine diuûm cõtemplare. Quiq;* Annales*, &* Heroum *fortia studioso uoluas animo. Præcelsus idem Carolus / Heroicæ uirtutis specimen menti sedeat, ueluti totius bonitatis* Imago*. In cuius Mausoleo, solido ex marmore (ut fide digni referunt) cœlatum est illud Elogium,* BONVS REX. *In quo, omnia uidentur bona concludi. Et quem* Deus *(summa bonitate) in numero magnorum extulit. Cuius memoria à te, natisq; tuis non excidat: Qui iustißimis quidem armis, tot Regnorum Princeps, &* Francorum *Monarcha primus.*

Sceptrigeri ergo tanti memor, uirtutem illius nouam miratus, & arma (quibus admodum Cœlo se gloria tollit Aeneadum *) indefesso animo recolas. Meæ igitur gratitudinis argumentum hylari fronte, qua datur, potentiq; dextra recipies, (Supremo fauente præsidio) potiora suscepturus.*

INCLYTO IOANNI LVSITANIAE, AEthiopum, Orientisq; Regi Potentiss.

QVIS te Maxime Ioannes, fortissime Regum, opere (ut dixerim) in tanto, tacitũ relinquet? Tu itidem alto, à, sanguine Diuûm, ac fidelium semper Regibus, & Imperatoribus succedẽs alta propago. Iugisq; sancti, stabilisq; connubij / alternatim cum eis sanguine commistio, ut nubentibus paritas semper uigeat, sic ex nobili germine fructus nobilis oriatur & Regibus donec igitur finiatur seculum, lex

Esai. ista sancta perduret / & sententia summi: qui cunctis generationem tribuens, nec ipse sterilis manet, dum uerbum ab æterno sibi coæquale, semper generet, cum omnia dedit in manus: & gentes uniuersi, hæreditas est illius: Iuxta illud

Psal. II. Regij uatis, postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: sic progenitores tui, auos atauosq; Principes, Regesq; semper genuereatq; fideles, qui & tot sedes, ac sceptra populorum tenerent, atq; linguarum, Nam Lusitaniæ Regnum, uera Olympi proles, microcosmos uocitari, iure quidem, ualet. Dum omnia orbis nascentia, aut à, natura itidem arridente producantur, aut terra, mariq; defluant: quæ nulli orarum ab Opt. Max. Factore rerum elargiuntur. Nam preciosa quæque ibidem inueniuntur Balsamus, Ambra, Tirus caro Idem leonis, lignũ, uidelicet Aloes, Cãphora / Muschus inter Omnia fragrãtia delectus, Reubarbarũ: Saccarũ, quo uniuersus repletur orbis. Aromataq; multa nimis ita, ut quinque milia milium aureorum semel mercetur. Quod adhuc non est ab hominibus tanta merces contractata, etiam ob opulentissimis orientis mercatoribus. Gemmæ etiam uniuersi generis tã ab India, quàm Aethiopia affluenter conspiciuntur, Equibus potissimum est Belzoar. quod a lusitanis etiam inuentum est, & cognita ab eis completa proprietas, omne sedenim uenenum tam calidum spiritus uitales discipans q̃ frigidum, illos constringens, sua uirtute depellit. De quo, et ipsius specie multiplici libro de letalibus uenenis sat me dixisse arbitror / sic India ebur mittit, ebanumq; nigrum. Sandalorum species, lignumq; sanctum & Cinam quæ ipso magis efficax. pro Regibus omnes ægritudinem quanq̃ chiomicam sanans. Est enim præstantissima radix alonginquis Indiæ oris delata. Aurum purum,

& optimum huc deportatur, ratione Solis ibidem intenso ui-gentis radio & ad summam perfectionem ad quam reduci ualet perficientis. Aurum enim cōpositum summè complexionatum, inter omnia etiam inuenitur: formaq; fixa, ita materiam quietat suam, ut auro nil actualius, nil perfectius, nilq; in rerum natura operabilius, ut cunctorum est Philosophorum sententia / & quo Arcanum arcanorum, & summum Sophiæ perficitur magisterium, quo nil perfectius, atq; præstantius, post Deum, nam omne imperfectum perficit, & operationes peragit, quas uniuersa natura condita agere non potest, ut libro de maxima philosophia, largiore sermone ostendimus. Ibiq; pro maiori parte Aenigmata, & sapienter declarãtur problemata. Idcirco solemnes Philosophos, seu aurum, in Lusitaniæ Regno ab inuentore rerum optimum inuenies, & omnium rerum copiam, tam numero, quàm perfectione. Qua in re, Sulimanus Turcarum princeps Max. agnita omnium bonorum copia summo liuore ductus, & qua confinia erant usq; in Babilonem Aegipti Classe magna composita occupat maximis impensis in mari rubro constituit, quod Israel pede transierat, ibi uiginti super centum triremes deducens. Ingenti manu Lusitanos congreditur, cuius ductor dignus Sulimanus Basan, & eunuchus sed potens Ciuitatem cui nomen Diu uallauit. Et longo tempore incassum laborem consumpsit / Nam maior pars necata infidelium fuit, reliqui Classe amissa aufugerũt ad propria, hoc bellum sæpe tentatum in Lusitanos. At infidi idolatræ uicti sunt ut a leonibus canes. Ciuitas inclyta diu dicitur eo quòd bis centum: quandoq; ter seculis uiuãt homines: quæ in Regno Cambaxæ maximo sita est. Ast de Lusitania sequamur, in qua aerem seu medium, salubre, ac purissimum reperies. Homines etiam (quod omnium est potissimum) sancti quidem sunt, indolis bonæ ut secũdum etiã locum Ciuitas Regia Vlisbona est nomine, boni & ipsi dicantur, & sunt deuoti namq; moribus illius tres uirtutibus, & armis prestantes abolisse sapientiss. ac Max. quo concidit India tellus dicti. At de Religione a seruatore ibi cõstituta: & Rep. fidelium, qua & Hispaniæ Regna iam deperdita ac redempta, quid referã? Maior mihi rerum nascitur ordo. Nam crebro saeuiente Maurorum, & ingenti Turba canum, aduersus ingeniosam, ac religiosam Hispaniam cuncta Regna

occuparunt fidelium Turmæ, & hoc nunc satis quod seruato quondam Rege, memorabilis Arnaldus de uilla noua ibi indegena Philosophus, ac naturalium rerum scrutator maximus, regi occurens ob orientalibus, onustus literis, uirtutibus, & ingenti arcano sophorum, redijt: sic circiter quatuor milia milium ducatorum pro debellandis hostibus fidei expendit. Quibus nempe auersis, ac fugatis, Pont. Max. ipsum per literas apostolicas hortatur, ut se reciperet Romam. Hunc ubi Pont. Max. uidit summo quidem gaudio affectus est: ipsumq; inter primos orthodoxæ legis Pastores coronare decreuit. Multis insuper adiūctis redditibus. Verùm tam benefico Pont. Arnaldum dixisse constat, sufficit inquam tua mihi benedictio Diue pater, uniuersum enim mūdum alere possum. Quod utiq; uerißimum est: nam Diui Platonis testimonio, qui hcc Philosophorum arcanum habet, ad totius mundi diuitias peruenire facillime potest. Cū hoc enim possunt innumeri congregari exercitus: & quem uolueris honorabis: & habentem honorabuntur pij Reges. Sicq; factum est, ut familiaritate contracta multas quæstiones, & dubia (ut uidimus) idem Philosophus summo præsidi aperiret. Nam Io. Andreas, sacrorum Canonum pater huiusmodi experientiam testatur uidisse in Curia Romana, & quod idem Arnaldus ex quodā puluere rubro, corpus imperfectum in aurum purißimum ad omne examen uertebat, At Regulus tunc Lusitanorum potens, ac constantis animi Princeps semper miscebat prœlia cum Mauris, Demum inter Heroas remansit solus, nec uires contra tot infestißimorū hostium milia, satis erant, petijt auxilium ab Olympo, ut orthodoxam fidem tuerentur. Ecce auxilium non ab homine, sed a Numine: quod quidem descendens ipsum fidelem hortatur principem: ne dubitet, denuo cum hostibus audacter manus cōserere, sic Parmam elargitur cum quinque stigmatibus (& ueluti primo, & fidelium, & totius terrarum orbis principi. Videlicet constantino) Sic affatus, Accipe Triumphorum monumenta meorum: & Redemptionis, ac militiæ nostræ, radiantia arma. Esto Vir robustus, ut Iosue, qui in hoc signo uidelicet Clypeo, uinces. Et quod oportunum superest, hac potenti dextera Regam: quia ego exercituum Dominus: hoc tam Regibus, quam Imperatoribus insigne paternum erit, & Maximum.

Cui pius

Cui pius Princeps obsecro mi domine sancta hæc signa uerte in Mauros ostende incredulis conuerte ut uiuant. Nam ego seruius tuus fidelis, & tuo donatus caractere sancto. Obnixè tamen obediens refulgens scutum Cœlestibus signis tanq̄ gemmis insertat: Qui confisus in Domino, impauidè hostes aggressus ut Gigas primo impetu Quinq; Reges uti leones, strauit humi, breui tamē uictor, ut leo canes insequitur hostes, huius diei semper celebrabitur honos: & quæ maxima semper dicetur posteris. Sicq; aspirantibus superis, qui omnem uictoriam suis pugnantibus elargiuntur, cuncta Hispaniarum Regna auxiliantibus optimis Principibus, reddita libertate gratias egerunt Altißimo. Lusitaniæ Regnum de cætero ualidius creuit uirtute Dei: & propria, Idcircò Reges optimi Iure hæreditario succedentes, alas extenderūt super Indos, tanq̄ nouum Imperium. Hinc Nautæ: quos insignes ars reddidit: totum Occeanum, Patrem rerum, ut causam secundam, circumierūt: & quæ de torrida Zona (quòd non erat habitabilis) dicebantur, non sunt inuenta, profabella reputantur a doctis. Ipsi enim tentarunt quæ nec Atlas qui stellatum sustinet orbem: aut inuictus Hercules qui in columnis super ambos montes positis, inscripserat non plus ultra: Scilicet progredi licet, nisi circiter decem miliaria in mari: dum polus aspectui nostro patens deperderetur, quæ Vrsa maior uocatur: & minor prospicitur cum incognitis etiam insulis, ubi & fortunatæ inueniūtur. Sic Regiones repostas, prius intentatas: Lusitani Nautæ inuenerunt, de quibus ueluti prorsus incognitis, à magno Ptolemæo nulla fit mētio, & sphæræ mundi penè dimidium, ab illo in albo relictum est. Mirabile dictu, unus Lusitaniæ Nauta, cui nomen Magalianes. Vniuersum nobis restituit orbem. Nam per Vospheram Calias strictura de Magalianès, totum occeanum sulcādo tranauit, ac circulum orbis quatuor nauibus dimensus est, Vnde quampiurimæ Vrbes: & opulentißima Regna inuenta sunt: & sub ditione tua Inclyte Regum sunt uendicata, dicamus igitur q̄ sicut Cœleste numen Christus Dominus armis Cœlestibus, interueniens uictoriam donans: euenit, ueluti filius Isrӕel: qui in ipsorum auxilium, nuncium fulgentibus armis uiderunt: Sic & nunc intrinseco auxilio pugnat omnium seruator: cui sunt curæ: qui toto corde: & animo in eo confidunt. Tu ergo Potentißime Regum Ioan=

nes (quod nomen est interpretatum, in quo est dei gratia) esto uir fortis: & primum (ut facis) iacta cogitatum tuum in Domino: etiam à Cœlo quære auxilium: est enim idem omnipotens, pro suis pugnans. Non. n. ueterascit: aut mutatur Deus, ut homo: neq; abreuiata est manus illius ut saluos facere nequeat: Sed idem ipse est & immutabilis semper. de quo Euangelica Ales inquit. In femore eius scriptum est. Rex Regum, & Dominus Dominantium: & ad ostium stat: & pulsat, ut auxilia præstet. Citi ergo sint milites: adsint acies inuictissimæ: & fortissimæ Classes: congredere in nomine IESV, quo maius non est, nec in Cœlo: nec in Terra, & seruat in eo credentes, nam lacerabis Leonē & Vrsum alter Dauid: & feres de hoste triumphum, sed enim decem fideles mille idolatras fugabunt: & centum decem milia: ut sacræ hortantur literæ. An memor es: quod Regna, iugo Christi. & sub ditione tua Max. Regum redacta sunt, quod Regnorum incolæ sacro fonte loti: albis innocentiæ stolis illustres; qui quondam oues scabiosæ, modo in sanguine, & morte AGNI auferentis totius mundi scelera: ascendentes de perenni lauacro: in libro fidelium sunt conscripti. Quorum ingens quidem numerus, bis; aut tercentum milia transcendit: reformatiq; in melius, tua semper ope, & industria, per concionatores uidelicet Apostolicos: ac deiformes Theologos: sacrarum etiam, literarum iam iam adiunctis Gymnasijs. Non enim Argentum, Aurum, Aromata, aut orientales appetis gemmas, sed cum Christo salutem animarum sitis, Recole igitur Pijssime Regum facta priscorum: qui confisi in Domino semper inconcussi sustulerūt de hoste Trophea, sicuteteranus Abraham cum uernaculis inuadens hostes, deuicit Reges, & quæ sua erant redemit. Sic Moses Robustus qui Iosue horrendis Tubarum clangoribus: non nunq̃ alta, inexpugnabilisq; hostium mœnia solo æquabat. Ad uocem illius orbes tres ipsius Solis steterunt aliquandiu immobiles: ut uictoriam reportaret. Sic quinq; Reges in antro inclusos potenti dextra peremit, unde stante Sole (qui lampas naturæ à Philosophis uocatur) tota mundi machina stetit, ne tanta daretur difformitas in motibus, ut Theologorum grauis est sententia: ubi concluditur: quod etiam post Iuditium uniuersale erunt ueri motus in Cœlo Empyrio, Tripudia: & canentium laudes Deo

nostro: Iosue imperante (ut dictũ est) prima omnium caussa supplebat pro omnibus: sicq; fuit lõga dies, ut duæ (quẽadmodum dicit Salomon) uiderentur, sic Gedeõn, & Machabeus ille strenuus; David quoq; funda, & pera, comite baculo Goliath interemit, sicq; truncum fecit sine nomine corpus, Totq; illustres uictorias celebrauit: ac inter maximos Vates, & dustor præstantibus armis, semper memorandus ex nostris, tot Hispaniarum, ac Lusitaniæ præstantissimi duces cum Regibus, Tot Francorum Christianissimi Ductores maximi credentium uelut Carolus primus, & in multis seculis recensendus. An ego silentio inuoluere ausim Vespasianumq;: ac Titum filium qui delitiæ mundi est dictus in perfidos hebræorum populos, & Leo, & Aper, & Vrsus merito apellati sunt. Sic Orthodoxa fides, domita Roma, tot Imperatores, pro Christo pugnantes, produxit in lucem: Et quorum Vires, succedentibus uictorijs in dies magis, magisq; ab omnium seruatore augeri solent, quid plura? cæteri aliquando: Tu uero Inuictissime Regum, semper aduersus hostes, bella geris, ut alter Magnus Alexander Macedo, Ille pro orbis Monarchia, Tu uero pro Christi Imperio, & fide prima tuenda. Nam in Mistico corpore seruatoris, & Ecclesiæ spõsæ, Tu fortissime Regum es impenetrabile pectus, ac inuincibile semper ubi Christus, & illius Tellus domus sanctæ, sedem habet, æternumq; habebit, post te longæuum omnistum fama triumphis heroicis uirtutibus in filijs, demumq; natis illorum, & qui nascentur ab illis.

At de clarissima Virtutum Iustitia quid referam? qua amota, regna quanquam ingentia franguntur, ac latrociniorum efficiuntur Syluæ. Nec Sol, aut Luna, inter sidera micant, uelut Iustitia inter uirtutes (quas morales apellãt) splẽdet, quæ est tanti, ut Sicarij qui scelere, tanquam propria pascentur alimonia, ni uigeat Iustitiæ lumen, actu nephario tunc uiatores perimant partibus æqua lance spoliorum diuisis, & ne ita fiat, caput malefactorum confoditur a socijs. Quanto magis alma hæc Iustitia tuo in Regno splendet, a deo tibi credito (quia a Summo Ioue, qui omnes iuuat) sunt Reges, ut etiam gentium Scriptores autumant. Et ex multis sit illud satis, quod in toto Regno præsides nullum possunt hominem morti iudicare, absq; examinatione tam generalis Senatus, quam tua, tandem longa super huiusmodi ne-

gocio, habita deliberatione: ne Creatoris imago ad quam factus est homo destruatur nisi maximo Iustitiæ impellente negocio, Tandem stante Senatu Rex pientißimus, & dolēs, sententiam refert qui illico surgens discoperto capite orationem dominicam pro illius anima qui necē passurus est, incipit. Tunc pij etiam Senatores cum Rege, Pater noster celebrant. Nunc gementes sentires: illum geminatis à corde suspirijs, lachrimantem, sic summæ charitati est uincta clemens Iustitia, Quid plura, neq; Iustitiæ actus parui aut ingentis momenti etiam Regiam tui caussam concernētis, exequi potest nisi post omnem Iustitiæ æquitatem, ac in tui fauorem lata sit sententia. Sed quid moror inauditum in omnibus Regnis referam / unum uidelicet quod ardua res à sapientiß: sanoq; concilio exacta, & ad Iuris apices deducta tibi integerrimo Regi non sufficiunt, Quin etiam ad selectos consciētia censores deducta sit caussa. Hi sed enim quinque, conscientiæ Iudices appellantur, e quibus sacri partim etiam Doctores utriusq; Iuris peritißimi, tanquam ultimi nouißimam referunt sententiam, tam pro caußis particularium uirorum, quàm pro Regijs decisionibus terminandis. Huc huc pro sanctis Regibus currite christicolæ. Si enim altißimi sapientiæ testimonio. Ita enim ferūtur Regna de gente in gentem (ut sæpe uidimus) propter iniustitias, & impietates: quātò magis hoc sacrum Lusitaniæ Regnum semper efficitur ualidius, ubi noctes diesq; Iustitia nidificat pacataq; sedet. Ideo non augure falso sapientes, & probi inconcusse affirmant. Imperium tandem Romanorum, bonitate altißimi illuc transferēdum esse, & iam exordia, nedum illibatæ, tam Iustitiæ, quàm itidem, & conscientiæ (ut diximus) uerùm etiam tot inter Lusitanorum Reges, & Imperatores, paria, & connubia crebrò celebrata, ut sæpe nostra ætate euenit efficiet, quàm aut gentibus unum, aut fidelibus primum. Sed nunc angustia temporis, nos impellit o, uos qui uniuersi sceptra tenetis, ut ingentia ipsius silentio transeamus facinora, & domum redeamus, ac cellas Diuumq; Templa, cum pientißimo Rege (dixerim) nostro, uiscendo dicamus: q; indefessa mēte cunctis uiribus, & cordis intentione, ipse inclytus aßiduè sacrarum ædium limina terat, crebrò illas pijs uisendo luminibus, domo cumulet. Has instaurandas demandat, illas à fundamētis erigit, in his

enim non parua illius uiget sancta, & Deo Opt. Max. acceptabilis cogitatio. Sicq; ingentis militiæ Christi, & cuiuslibet miserandi hominis rerum etiam ad pias caussas, nedum ut Rex (qui à Regendo dicitur) uerùm etiam ut pater, & Generalis œconomus seruatoris: Qui etiam ille summi parẽtis procurator uineæ uidelicet Ecclesiæ, quam dextra illius plantauit, atq; custodit, tot incrementa elargiendo. Cuius uestigia sua celsitudo imitatur, solerti cura dum palmites uidelicet populos, moribus sanctis fouet: ac falce inobl:qua ibi Iustitiæ, consuetudines, quæ ad rem bonam non attinent amputando, pinguiq; annona ministros, fouet ut opera altißimi sancta hilari animo, non negligenter operando, dignas laudes persoluant, illi à quo omne Sceptrum elargitur, & omnis potestas pendet, in cuius manu est omnis flatus hominum, & pro terreno etiam dominatu, pijs super Sydera, regna donat, ut sine fine sint sacerdotes, & Reges, deo patri fideles, & qui in libro uitæ sunt conscripti.

Nunc etiam, tantorum memor bonorum. Germanus sacro galero coronatus Cœlibatum ducens, sequitur, & ipse uestigia sanctorum, in cuius ne dum sapientiæ rerum, etiam uita irreprehensibilis prædicat, cuius etiam atq; etiam, in Italia ac Roma maxima rerum increbuit fama, quæ penes Ecclesiæ Principes, & Heroas est reddita, ac inter primores diuulgata, cui omnes mundi thesauri non ualent comparari, Queis si creditas, tamen exemplorum norma, quam Ecclesias ruinam minantes / instaurando, pauperesq; in uasta diocesi per electos Antistites uisitando, ac modo sex modo septem milia aureorum inter pauperes, & opera pijßima, fideliter tribuendo. Non immemor quod de huiusmodi operibus in nouißima die, fiet exactio, cætera nanq; subticuit uniuersalis Iudex Christus Dominus, ut hæc semper in mentibus credentium, fixa manerent.

At Serenißime Regum, tu omnia tã relata, quàm maiora acie fixa cogitas: qualiter etiam ad tanta exequenda, laudabilia Gymnasia sunt nutriẽda, Idcircò Tu sapiẽs Rex Scholasticos cum Lectoribus, ut filios seruas, moribus / & cibis pascendo, tueris, ut & illi Reipubl. in his quæ prouentum concernunt sint habiles. Hi artibus uacant, præsertim Philosophiæ, & Medicæ arti insudãt. Aesculapium medicinæ repertorem, sequentes, Hipponatem cum suo fido Achate uide-

licet Galeno: cuius etiam interpres in pr. Can. profitetur Aboali Auicennam, dum ait, cuius uidelicet Galeni nos interpretes sumus, Quãquam in quibusdam dissentit, ut puta sit quartum genus febrium detur, & cætera huiusmodi Agnoscunt enim Physici, syderum motus, & astrorum cõiunctiones. Nam Pharmaca in una die possunt sumi, quæ ægrotum interficient, ratione syderum, in alio uero die sanabunt hominem, Medicus enim Tanq̃ Cœleste oraculum quando uidelicet doctus, & experientia præditus (Quibus Ars medica perficitur, Teste Galeno) admirabilis est ut Apollo, & tanq̃ Aesculapius ab Olympo descendisse uidetur, & quàm maximè à Deo Optimo Maximo Comẽdatur, ut condigno honore, ipsum uenerentur homines. Naturæ.n. parentis artifex est, & minister: composita agnoscit cum Simplicibus, & quãta sit potentia rebus. Alij Iustitiam, & æquitatem excolũt, & omnibus, quod suum est, æquis partibus tribuunt, bonos tuentur, improbos pænis afficiunt, ut scelerum condigna tormenta soluant. Iura donant uiris, & leges, ut Respublica milies augeatur. Lex enim potentissima, qui Deus est, & cum diuina mẽte cæpit idcircò Imperium illius maximum.

At quia Imperatoriæ leges, à sacro iuris canone, in quamplu-ribus quæstionibus dissentiunt puta in his cẽtum, & eo amplius. Idcircò, & quidam etiam sacros canones pro conscientia tuenda, sequentes lungi palestra, canonicum Ius excolunt. Hæ sunt principum, & Regum ueræ artes, & populorum commoda, & nobilium, atq; Heroum Orientales gemmæ purissimo auro circũdatæ. Quas tu optime Regum articulis manuum, uidelicet operum, tueris, & seruas, & tanquam Pius pater, ut Mœcenas lectoribus fauens, abundanti prouentu, ac stipendio illustras scholasticos, quos tuos ut filios.

Sed de frugifera pace, quid referam? quam semper tueris in Regno, & inter Christianorum Principes semper tibi curæ est, ut pacata sint ipsorum Regna, non ne elapso etiam anno inter Cæsarem quintum cognatum, & sũma consãguinitate iunctum, & Paulum Antistitem maximũ: Vinculum pacis procurasti solus? Quot expensæ, & labores exacti? De his Heros ille Illustris Ioãnes Manesius, nempe ex tuis primatibus armis, industria, ac summa libertate insignis orator

miſſus Romam, tot talenta argenti, & auri affluenti manu expendit: Alter uero (non inferiora ſecutus) uerus amator pacis, uidelicet Illuſtriß. D. Balthaſar de Faria Orator fidelis etiam tam Legibus quàm Iure Canonico præſtans, ac omni ſapientia plenus bonitate, & incomparabili pietate, curiæ Heroum amplißimus, cuius laudes meritas, nemo ualet exprimere qui hoc tam ſanctum negocium in Vrbe unà cum Illuſtriſsimo, ac maxime Reuerẽdo Cardinale de Gaddis Domino uere ſapientiß. ac grauitate morum inter primas Eccleſiæ partes nõ mediocri. Hi Italiæ columnæ aureæ ex puriſsimo amoris auro: & baſes eorum argenteæ ſine omni falſitatis menda, at tantum pacis uinculum, & primũ ſeruatoris inter prima fidelium capita, & ambos aduerſus infideles, gladios à Chriſto delectos, re infeſta inclemẽtia ſyderum uetuit. Quanquam uterq; uidelicet idem Ioanues Maneſius, à celſitudine tua, & parẽte natura. Auiſq; magnus ut Ilioneus placido pectore, tam sũmo Antiſtiti, quàm Orthodoxæ fidei primatibus, & omnibus in urbe degentibus, tam charus, tamq; dilectus ab omnibus extiterit. Alter etiam in tanto negocio, & in omnibus arduis regni. Ipſemet Balthaſar Doctrina, Liberalitate, inſigni pietate, animi magnitudine, ac omnium uirtutũ præſtantia, Rhetor chariſsimus. Ita ut quos Roma Triumphans, in ſui contemplationem ſapientes uidelicet Viros non traxit fons lacteus ſcilicet Patauij nobilis, & diſertiſsimus, traxerit huius, ſed hic eſt alter Titus, lacte, & melle fluẽs, ſcilicet Balthaſar iã dictus qui tanta beneuolentia, & omni morum grauitate, tuæ Maieſtatis obſequentiſsimus, & uigilans quoſcunq; literis, aut uirtute præditos, ad Luſitaniam trahat, ut ferrũ durus Magnes, ſed ipſo efficacior, ac potior: Lenitate uerò ut Apis Aeſtate ſerena tuo Regno ſemper mellificat.

Igitur ò ſuperi, quibus inferiora reguntur, firmate hæc ſtabili pace, regna: ac tanti Regis fortiſsima ſeruate pectora. Oro, atq; precor pijs digna præmia largimini, ſeruateq; domum; rem, Principes, & Heroas, uenturos ſeruate nepotes, in illius nomine ſub cuius ditione ſubijciũtur omnia, & in quo oportet nos ſaluos fieri. Cui cum patre, & ſpiritu ſancto, omnis honos, & Maieſtatis Imperium.

TV, ergo Diue parens, pacatis extemplo, Inclytis Christianorum Principibus, ut sint cor unum / & anima una Corpusq; Christi Mysticum. Tu qui es omnium Cephas, & fidelium caput / à quo nerui motus, & sensus (Teste Galeno cum Hyppocrate) descendunt: & spiritus animales in ea uigere dicuntur: Iunge brachia fortißima ambo: Augustum Imperatorem strenuißimum: & Christianißimum Francorum Regem: Lusitanorumq; Indiæ Regem, inuiolabile pectus: aduersusq; Leones, Catholicæ legis / sine iniuria Achillem inuictißimum: cui & Orientis India tota cesßit. His adde Italiæ decus, sanctumq; Senatum, præpotentem, scilicet Venetorum: qui Fide, Sapientia (quæ omnia regit) pietate, moribus, armis, claßibus, dignitate suprema: & ipsi clauum magnæ Hæsperiæ regunt: Et Vrbem Venetias Inclytam, non immeritò Arcam Noe secundã, appellari censeo. Ciuitatem præsidij maximam, Heroumq; Asylum, ac nobilium reliquias, prisco more uiuentes. Vos igitur Romanorum Decus: qui Hadriacũ æquor calcatis: Asteropæi (apud Homerũ) uigiles, ambidextri estote, utraq; manu pro Rep. nostra, Orthodoxæ religionis certantes. Sicut inquit Hipponax Græcus. Ambidexter enim sum, & non aberrans. (ut aiunt Phisici quòd mulier ambidextra non sit, uidelicet propter imbecillitatem sexus) Nam primus immortalium hominum gradus, penes Hebræos, in quibus locutus est dominus: Sapientes Aegyptios, Doctißimos Graios, atq; Romanos, ibi meta laborum, atq; Triumphi patulè sedet. Veluti Clarißimus Vatum in sexto memorat. Hic manus ob Patriam pugnando uulnera paßi. Neq; tanto Carmire contentus / hortator uirtutum Vergilius, idem citat in septimo. Martia qui ob patriam pugnando uulnera paßi. Sic ergo Viri state / hac illacq; uibrantes Lumina: & tanquam fidei nostræ potentes Armi conferite manus in hostem. O delecta Italorum manus, reminiscere ab antiqua Troia, & maxima rerum Roma, illyricos penetraße sinus. Dardanidæ magni, genus alto à sanguine Diuum. Vosq; Senatores optimi, in quibus Amigdalus floret capitis (quibus eligẽdorum est prudentia prima) & cãdenti barba de summis rebus agitis, eia

Gal. super Hyppocratẽ. Lib. VII. Aphorismo. XLIIII.

recolite

recolite (Meministis enim, & memorare potestis) Euersionem illam Hierusalem, à Vespasiano, & quondam delicijs mundi Tito / & tanti incendia belli. Quæ omnia non uolũtate humana, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines, inquit clauiger æthereus. Et nouißimè Daniel abstinens: temporum aduentus Domini, & Redemptionis humani generis uaticinator maximus: anteq̃ concludi Ebdomadas altißimus mandaret, finalem eius uastitatem intonuit. Tandem breui casuram, pius Dominus super illam lachrymatus est. Effusæq; genis lachrymæ, & uox excidit ore. Quia uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & ad terram prosternent te, & non relinquent lapidem super lapidem. Maiores igitur uestri, tanta tempestate acti uelut pij Troes: & antiquus pater ille Saturnus, arma Iouis fugiens, in Virgineum littus, tanquàm in aliud latium se receperunt. Alij uero proaui Atilam, ac Totilam semiferos fugientes (Dij talem terris auertite pestem) Virginem Venetias Vrbem (suo, donec finiatur sæculum, gaudentem sponso) in Neptuni gremio condiderunt. Nunc igitur O` lecta Iuuentus Italũm, ualidos disponite remos, & dura ferte robora uestris: citiq; uictrices date rates. O` Nunc nũc insurgite remis Hectorei socij, Troiæ qui sorte suprema delecti patrum comites, ac Reip. Ductores maximi. Nam in præsentia Italũm mentes anxius timor solicitat. Heu instãs urget exterorum turbine torrens. Tantos ergo soluite metus, O` pij semper in Remp. Veneti: qui crebrò ingenti manu, ultro feßis credentium uiribus / occurristis. (Quanq̃ & pro fide tuenda, multa paßi) Nostris (scio) precibus, in his de more, iam lætum annuisse Senatum. Opem ne ferret, in nostros Italiæ patres, tantus amor? Desponsatum nẽpe mare, Ignibus, tormentisq; bellicis, prius in siccum redibit, & humida uobis a patre rerum credita regna, quàm Cymba, Christi contesta manu, ac fidelium parens: hæreseo perforetur terebro: aut profanis mergatur in uadis. Hanc enim non Typhis, Palinurusue. Sed Olympi Clauiger, astra tenens / piscator hominum maximus, uehit. Vos itidem, neq; spirãtibus uẽtis, fortuna aduersa excutere ualuit. Nam fortißimi, Ausoniæ Duces, Italũm proceres delecti, speciméq; nostrum: ac totius orbis, singulare præsidium. Omnibus .n. uobis, idem animus, sceleratam excutere gentem: cunctos

fideles aspicio dare claßibus Austros. Toto nanq; fremunt condensæ littore puppes. Nobis militat æther: & coniurati ueniunt ad claßica uenti. Vosq; modo, opulētißimam oram Syriæ quærite patriam: & Hierosolimam antiquam exquirite matrem. Sicq; cum Phocylide Graio uate / concludam. Vitam perficite malorum immunem: usq; ad consueta senectutis limina. Sed cur Lymphas Oceano, patri rerum fero, aut Cœlestes animos / bene agere moneo.

AD FIDELIVM PRINCIPES, FORTISSIMOSQVE HEROAS.

Istis ergo bene digestis, singuli Christianorum Principes, cũ Regibus strenuißimis præcedentibus, & omnes Christi fideles, qui estis ad bella doctißimi. Maumetti sectam congrediamini, quam ueluti àconitum plantarunt, inimicus ille homo (ut diximus) Sergius hæreticus: scelere ante alios immanior omnes: & Maumeth, ut alter semen Chan, filiusq; Belial: ambo uasa iniquitatis bellantia / contra catholicam fidem. Ambo diffamati, in omni genere mali: & sacro Romanorum Imperio cum sicarijs complitibus, rebelles luci: signum redemptionis: in obprobrium electorum infandis uestigijs premunt. Meretricem enim hanc, turcarum uidelicet sectam / ut efrontem / atq; procacem: in præsentia adinstitutum nostrum, non substituit uates / uidelicet Euangelica Ales (quam præmanibus etiam habemus) cum qua muliere barbarica: & uulgatißima / fornicati sunt reges terre Apoc.XVII *(scilicet increduli præ omnibus bonis / terrena amantes) super bestiam coccineam sedente, & refertã nominibus blasphemiæ. Quid? Hydra etiam nostra mystica, seueriorem. (quam etiam allegorico sermone, in sequens uolumen digeßimus) capitibus septem, & decem cornibus gaudentem. In fronte uero ingens habentem mysterium, babilonem. S. & magnam fornicationum parentem, & abbominationum terræ: ebriam Sanctorum cruore, & sanguine Martirum Iesu. Et hic est sensus sapientiam habens. Sed agnus conculcabit eos, quia Dominus Dominorum est, & Rex Regum, & cum eo electi erunt, fideles. Horum etiam uidere est tã exercitus summum Imperatorem: potestatem mortis: & inferni habentem:* Apoc.VIIII. *super spumantem equum candidum, ephipio aureo sedentem, cui militaris itidem uestis: & armilla quæ est roseo aspersa sanguine: & uocatur nomen eius Verbum Dei (quia declaratiuum omnium quæ sunt in essentia Dei maxima) & exercitus ingens eorum qui sunt in Cœlo, induti bißino albo: & mundo, & ueluti turba ducum comitantur uictorem / qui est princeps Regum terræ, portãs omnia uerbo uirtutis suæ. Cui ut homini, à Deo sũmo parãte (qui torquet sydera mundi) Triumphatori mortis, & inferni, uirtute noua redeunti ad superos, data est omnis po-*

testas in Cælo, & in terra. Nos itaq; tot / talesq; Ductores Cœlicolas sequentes, iungamus castra, etiam nostra, quanq̃ infirma: corpora / in aperta pericula obijciamus, cõtra Coccineum mõstrum, tot munitionibus / ac telis armatũ (Proh pudor) aduersus factorem suum, ac rerum omnium Conditorem sese extollens. In quod nos etiam manum conserere, Lancea Crucis, signo fidelium Augustißimo, uenienti Allegoria statuimus.

CLARISSIMIS PRINCIPVM REGVMQVE ORATORIBVS.

Ergo & uos primi Heroum Rhetores in præsentia, etiam, atq; etiam huc aduertite mentem: & uelut Sagittantes periti / acie fixa / constanti manu, dirigite tela. Omniq; arte magistra petite signum, Romanum uidelicet sacrum Imperium, & tot deportatas Bizantium sedes, Imperatoriãq; Maiestatem. Nam ibi triũphauit coronata maiestas, à Christianißimo Monarcha Constantino, nempe maximo: famam constanti fide, & uirtutibus superante. Eia dicito prisca fides. Num itidem nostra, Domus sancta Hierusalem? Num Croatia? Seruia? Rama? & multa nimis, æqui Martis, almæ sapiẽtiæ, Deiferæq; Religionis / initia, regnorumq; rudimenta prima. Heu quondam tam fœlicia quàm fidelia. Nũc præda collata barbaris. Tu omnium Rex Regũ seruator Christe Iesu, Tu pater omnipotens, rerum cui summa potestas: cuncta tuo qui bella pater, sub numine torques: à tua stellanti Regia, mitte Carolum: Constantinum manda à superis. Tu qui uera pax nostra. Nam si adessent / tria fidelium Orientis Imperia, non laniarentur a canibus. Sicuti de pio Aenea / & Hectore Ductore fortißimo, Diomedes intulit. Si duo præterea, tales Idæa tulisset terra uiros: ultro Inachias uenisset ad Vrbes Dardanus: & uersis lugeret Græcia fatis. Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ: Hectoris, Aeneæq; manu, uictoria Graium. Hæsit: & in decimum uestigia rettulit annum. Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis. At uos Ductores maximi / fideiq; nostræ specimen, tutamenq; supremum, si coissetis in unum ut cognati, utq; germani, & aduersus Ortgodoxæ religio-

Sap. IIII.
Paral. VIIII.
Aenei. XI.

nis hostes / signum Redemptionis leuando, uictricia arma sumentes, contra eos congreßi eßetis: Resp. nostra altius se haberet. Si de Imperio, & summa rerum, agere uoluisset uterq;, Turcas, in tenues nunc soluisset auras. Nam, Vltimus ille dies bello / gentiq; fuisset. Ast proprias magnorum, & principium furor, qui extemplo sensu aliquando ducuntur: & cœdis, & uindictæ imperiosa Cupido, in casus egit aduersos. Tanquam si peditum turmæ / & equitum acies, ut pueri arundineos, lõgosq; simulãtes equos / per terram trahentes: cursu, sonoq; (circulatorum more) pascũtur inani. Vnum tamen interiacet discrimen, uidelicet / dum Consilijs futilibus (ut nũc narrabimus) omni infanda strage, & plaga potiuntur. Hæc enim tãti mali / caussa prima, etiam atq; etiam / pios illudit alta tenentes. Sit concußis crebrò regnis, dilapidatis Vrbibus / quas sũmo amore, ueri patres patriæ, suis ædificarunt impensis. Hinc populi, tot exhausti grauaminibus, desolati sedent, & lugubres, ueluti in hostiles manus deuenissent. Sed ambigo, an formidabile illud Salomonis, quondam regis optimi recolant uidelicet Potentes, potenter tormenta patientur. Et durißimum iudicium, his qui præsunt / fiet. Dum enim omißis fidelium regnis, quæ a diris poßeßoribus recuperare debuissent: cruentas acies / aduersus nostros / tot aggeres condunt, tormenta bellica undiq; conflant, tanquam in perniciem, horridamq; pestem fidelium. Non secus quàm torrẽs, labores hominum uastãs: quo dura saxa trahuntur (uidelicet lapidea hominum corda) & arbores (Nam hominum multiplex arboreum genus, quorum deus uenter est, sedcrum hi tamen uirtuti altrici indulgent) & aselli tanta etiam tempestate ducuntur, (uidelicet nihil scientes, nisi ut rudentes, agant turpia) informia simul aguntur monstra, horrenda nimis, cætera ut Danielis Vrsus dentes habens ferreos, partim comminuens, reliqua uero pedibus conculcans. Sic Ecclesiarum, & pauperũ bona ubiq; exesa remanẽt: & paßim improba multitudo nostrorũ militum (de malis est sermo) quasi in excidium suorum decurrunt: qui nec deum penitus timent / nec homines uerentur, aut canos. Iuxta illud. Nulla fides, pietasq; uiris qui castra sequuntur, famelici semper de quadra socij. Eorumq; principes / super uillam, aut Oppidum insidiantes astu: aut semper litigant, aut Vi rapere, uel dolo inuolare

Amos. VIII.

Amos. VIII.

Luca.

nituntur. Ac multiplicis Imperij, regnorumq; obliti / uelut passerculi, aut Philomela in caueis, grana milij tundunt. Ast Magni Iouis armiger nō capit muscas: sed Hirundo garrula / parua legit. Nam diues est, qui nihil appetit: mendicus qui omnia concupiscit, cuius oculi in fines terræ: & dominari super cunctos, improba ambitione inhiat. Mendicare enim quandoq; regis opus (de his quorum inexplebiles sunt sensus, recolo) Nemo egenis, nisi sponte largitur sua. Ast sæpe mendicant, & principes (ut cernimus) sed ab inuitis. Quo fit ut tot ciendo strages, & bella / simul crebrò sæuiāt, ac tandem colludantur ut indomiti in aera Vēti. Cogitatusq; inanes, sed expensis uix numerabilibus, tanq̄ uolucres somni, in uacuas redeant umbras. Vos igitur Principes, pijq; Reges oro, parcite dictis, ac seniori huic: Nēpe zelus Domus Domini / comedit me: & immotum fixumq; cordi hoc Institutum insedit: diuq; amore langueo, uidelicet à pubescēte gena, usq; modo. Anno scilicet septuagesimo (annuente Deo) iam expleto. Super Remp. tam intenso / quàm longo tempore dolore confossus: non secus forte / quàm super Absalonem filium, clementissimus Dauid. At ille rebellis, hæc pijssima nutrix / & suauissima parens nostra: quæ heu, ut lacera in solitudine mœsta sedet. Omissis ingentibus regnis, oblitisq; in æuum / maiorum Sceptris. Quibus iam diuturno tempore, incrassasti rabidi canes / lata Tyrannide petulantes, immundi illustrantur idolatræ. Sed quid Imperia iam tot annis collapsa memorem? Quorsum ista / tam longo repetita principio? Quādo hodie, ualidissimum Pānoniæ (heu) lamentabile regnum, uix ex toto sit dirutum. Vbi memorabilis ille quondam Mathias, corona regni aurea / passim su-

Aenei. XII. *per cristatam Galeam redimitus? Namq; circundat loricam humeris, simul aptat habendo ensemq;, Clypeumq;, & ru-*

Aenei. VIII. *bræ cornua cristæ. Cui etiam equi alipedes, & fortissimi, instructi ferro astant: & fuluum mandunt sub dentibus aurum. Sicq; armatus contra hostes fidei, primus in pugnam asperam Martis ruebat. Nec non medijs in millibus, ipsi Ductores auro uolitant, ostroq; decori: ut regnum cum fide tutando, seruaretur à posteris. Heu pietas, heu prisca fides / inuictaq; bello dextera. Vos igitnr Rhetores Maximi, apud sacratissimas Regum uestrorum coronas, præsentiaq; fidissima / splendido, ac solito dicendi munere / Almi*

Patris, Pacis mădata referte, crebrò Regna, Imperiaq; collapsa / pijs auribus tam principum, quàm Regum indefeßi repetentes.

EXHORTATIO ECCLESIAE MATRIS, SVB TYPO VIDVAE IVDITH, AD TRVNCANDVM ILLIVS HOSTEM.

VOs Christianißimi Reges, Principes optimi, ac belli Ductores Fortißimi, Filij quos semper uisceribus foueo. Gens sancta / magnum Cœli uentura sub axem. Credentium propugnacula, & sublimes fidei arces: quas in Trinitate perfecta, seruat uera Tritonia Pallas, totius diuinitatis principij patris / tanquam capitis almi, Sapientia genita Christus sponsus. Ergo imitatores estote maiorum: Sic enim pij fidelium Reges, pro regia cœli pugnarunt: & ipsorum inundarunt sanguine fossæ. Vos cæteri, sub conuexa poli ex omnibus promißis gentibus, populus acquisitionis: Nempe Murus, & Antemurale, manu dei firmatum, & Pergama quæ Sanctorum merita cingunt (Dij Patrij seruate domos, seruate nepotes) Eia igitur strenui fidelium milites: & quorum patres / cunctis domitis / tot seculis imperarunt orbi: uosmet, ueraq; defendite: & Vxores charißimas, natos / prædia, lares: & cœtera bona fortunæ, uiriliter defensate. Proq; Rep. & Ecclesiæ aurea libertate, nobilißimos animos opponite: Hæc enim omnes tangunt fideles, pro Aris, & focis pugnare. Huc tamen aduertite mentem, mortaliũ uires ad capescendum uictoriam: Eloquentiam, Loquentesq; literas, ac uerba non sufficere, ad famã factis extendendã: At Iustorum omniũ orationes eximias, & merita (atq; triũphos) grauidasq; patrum uirtutes offerre altißimo: quas idem omnipotens dedit eis: quibus solet conferre uictorias: Qui & flãmam camini Spiritussancti dispersit, in cuius manibus, plurima uictoria sedet: insidiososq; exercitus, ac fundamẽta belli, machinasq; eorum: nudato capite usq; ad collum: miserabili obitu ad Orcum proijcit. Hi obsidione, armis, ignibus quoq;, in uere pios increduli pugnant. Crudeles multarũ gentium barbara feritate, noualia, camposq;, sine more, canis iam meßibus oneratos: in cinerem, pascẽte

flāma conuertūt. At pia parēs Ecclesia, quasi uidua sanctissima dum olim spōsus æthera petijt, ut altera Iudith (quin & maior) cuius precibus, semper patuit Cœlum: orationis arte (mista luctu) arma impenetrabilia fabricat: & uictricia tela acuit, quibus hostes fidei profligat: filiosq́;, sui patientia sapientiaq́;, usq; in finem seculorum, uictoriam promittens consoletur. Quæ regia manu, ualuit semper exarmare rebelles, perfidos debellare uictores: exercitus barbaros superborum euertere bellatorum. Prodijt igitur Iudith casta, Ecclesiæ Typus, secura, unius puellæ societate contēta, quæ est nostra candida fides, suprema charitate armata. Neq; de cibis, uel calicibus pollutis hostium gustatura: quæ suis utensilibus, post saccum, & lachrimas, uoluit esse quieta. (dum nil hæresco rū actuum quibus piæ mētes infensæ redduntur, tāgere unq̄ dignata est) sed Christi seruatoris spōsi Apostolorum illius, ac sanctorum patrum institutis, diuisq́; cæremonijs, sicut ante solebat, ut sua annona pascitur Tandem syncera magis quàm Iudith, in Holofernem conserit dextram, astu multarum quasi fabularum, ut extingueret inter exercitus uictum: inter fulgentia arma captiuum inimici corporis, inclinatas ebrietate ceruices uidisset: surgens ipsius cruentum arripuit collum. Sic Castissima mater nostra, adulterum perimet: sobria iugulabit temulētum, dum comam tremendi capitis occupans: lucidas gemmas articulis, lapillatosq́; circulos splendentes, tantorum operum, nobilibus induxit manibus: ac ipsas noctesq́;, diesq́; exercens, ut castum posset seruare sponsi cubile. Tandem fiduciam in tanto discrimine habens in sponso precatur. Confirma mi Domine brachium meum. Sic Tertio, in nomine uidelicet Trinitatis, ferum caput barbari amputabit. Iam extemplo Resp. fidelium, suæ Palmiferæ uictricis, accipiet reditus triumphales: plenissima securitate, Italûm portæ pandentur. Vbi enim assiduis orationibus, Cœlum pulsatur (quemadmodum, & Moses in Amalech ostenditur) potentia armorum calcata frangitur. Spiritalia nempe corporalibus potentiora sunt. Idcirco terrenis uiribus illa præponimus. Nam diuina, & digniora, & ualidiora, semper cernimus. Eia igitur credentes, & inconcussi, quibus intrepida fortiū pectora / & flagrantes uigent animi: dum terribili strepitu bellorū rumor crebrescit, aut horrisono tubarum clāgore,

uel raucisono

uel raucisono æris cantu, & lætalis increpuerit fama: tormẽtaq; bellica nigrum, fatalemq; somnum, ingẽti boatu sæuiendo aera occupant: ac passim inane medium complent: State Viri, state, nec cedite ferro. Quanquam formidolosa imagine / preciosa appetendaq; mors occurrat. Victoriam, & uos tot periclis ementes, præcipiti ardore, triumphales iam iam accelerate ad palmas. Veluti fortem, ac prudẽtissimam matrem (horrendum usu) crudelis pugio non terruit, sed eo se se armauit in Domino. Coruscus ensis, caput proprio abstulit hosti, dum procumbit toro, sine nomine corpus. Non in castris / sed patrijs mœnibus, uictoria pendet. Intus truncus iacet: extra caput auulsum, huc, illucq; rotatur. At uino fusi, somnoq; sepulti, dum montes corruscãtibus teguntur armis, haud clamore urgente resurgunt. Sic primæ Ducis mandato, grauissimi Martis partito onere: orto splendore Phœbi, uniuersus Israel (cui datum est nosce & uidere deum) procedit ad pugnã. Nos itidem sancta, ac inuiolabilis hortatur Ecclesia: quibus ortus est Sol Iustitiæ Christus, ut suos præualida Dux Iudith. Eia unusquisq; tãto fulgore munitus, in impios dirigat arma: quibus perenne super poli sydera acquiritur Imperium. His qui supra cæteros homines, pietate diuina inueniuntur illustres, ac pro momentanea huius temporis uita, æterna merecentur præmia. Sicuti scriptum est. In paucis uexati / in multis bene disponentur. Sic priscorum populi, pugnantibus dona ferebant. Lucidas in articulis gemmas, superba Carthago, pro munere dabat indomiti Scytæ, in conuiuijs poculo aureo / uel cratera magna libare merum, his tantum sinebant; qui concidissent hostes. Maiores natu Vrbis Romæ, Armillas, Torques, coronas ciuicas seruãtibus patriã. Agrippæ magno penes Actium promontorium, nauali bello / datum est Insigne superbum. Nam corona auri, rostrorũ anchoræ / fulgebant tempora Duci. Hic, Augustus Cæsar, populo: patribus; & magnis Dijs comitatus oppetebat. Et hi quidem Legitime pugnantes, ut corruptibilem coronam acciperent: nos uero incorruptam. Sic tandem gentium principes, pro Rep. pugnãtes, post exhaustos labores, & bella, a Dijs immortalibus in Insulis (ut aiunt) fortunatis / ad quas strenuus ille Sertorius Romanorum Ductor Max. se receperat, & campis Elysijs, eorum pro mercede, donati sunt. Ibiq; le-

tum pæana canentes. Nobis uero lætitiæ cantus coràm Deo & Agno. Vbi abundantia charismatum in Cœlesti Hierusalem, ubi omne bonũ. Et ut de fidelibus cõcludenter agam, ac partem relictam Marte nostro (ut dicitur) expleamus. Hic Apostoli, hic Martires, ex Vix numeranda passorum ualida manus. Nam tanta multitudo confitentium dominum Iesum, ne dum uoce, uerùm etiam cruore proprio: ut Hieronymi testimonio demptis Ianuarij Kal. undenorum milium Martirum Christi, quotidie recoli memoria possit. Qui numerus quàm longè usq; actus sit, nemo negat. Horum mors prima plusquam preciosa in conspectu Domini semper: antequàm campum duri certaminis intrarent. Idcircò Esdram summum Sacerdotem Dei Opt. Max. uideamus, qui toto pectore plenitudinem Legis hauserat: quam ob temporis edacitatem, bellorumq; importunam perniciem dilapsam. Paracleto dictãte, in proprium reformauit decus. Hic uiter memoratu digna, uelocißimo spiritu Dei actus: Angelum sanctum interrogat. Cui respondit. Hi sunt, qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpserũt, & confeßi sunt nomen Dei: Modo coronantur, & accipiũt palmam. Et quis inquit, Iuuenis statura eclsus, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? Ait Dei Angelus. Ipse est filius Dei, quem in seculo confeßi sunt. Hic ille impenetrabilis purpuratum Iesu Ductorum Cuneus, qui tãtæ fidei fuere certißimi testes: & Regum Principem Seruatorem Christum, qui & Martirum caput, cãdidati exercitus diuis in æuum auspicijs, haud timidis paßibus comitãtur euntem: qui omnium principium, & finis. Tandem ò filij, quos tanta solicitudine, & labore nutrio (inquit piẽtißima parens nostra militans Ecclesia) memorabor exordia pugnæ. Sic nanq; sanctorum acies inierũt bella. Sic prophetæ super cæteros, Mysteria altißimi uidentes, cum Patriarchis. Ecce uidere libet inuictißimum Maccabæum: qui cum paucis selectis, eximias (fide intrepida duce) uictorias adeptus est. Cui Hieremias tot iam centenis mortuus in domino, ueluti fatalem gladium præbuit. Pastor Dauid quem Deus in numero magnorum extulit, tot bella uictrici manu in Philistæos tulit. Consimiliter Reges Iuda, & Hierusalem,

2. Machab. XI. *Cœlestem nuncium armis fulgentem, filijs Israel Ductorum in prælia mißum, à Deo missum uiderunt. Iosue, Maximi*

Ductoris Moysi successor intrepidus, elata fronte Phœbo imperat. Sol ne mouearis de Gabaon, donec ulciscar de inimicis domini. Sicq́; in antro quinq; Reges concludens, fulmineo ense premit. Quapropter (ut inquit Salomon) gemina dies fuit: & stante Sole (qui tres orbes uidelicet / Augẽ, oppositum augis, & deferentem continet) tota machina mũdi stetit / ne tanta daretur difformitas in motibus: ut grauissima Theologorum in quarto, est sententia. Tũc prima omnium caussa (a qua omnia pendẽt) pro omnibus caussis secundis supplebat. Moses etiam seruus altissimi / mitissimus uirorum sæpius schismaticos, patefacta uoragine soli / uiuos proiecit ad orcum: & rebelles usq; meientem ad parietem, furenti gladio deleuit. En ueteranus ille Abraham, summa fide Illustris (cui similis non erat apud altissimum) ter cẽtenis, ac duodeuiginti comitatus uernaculis, nepotem ab hostibus raptum, ualida manu redemit. His etiam animata, ò filij, non me Turcarum Dux cum numeroso exercitu terret. Nam effœminati, & inualidi / ut multitudo papauerum si acredinem mei exercitus / tanquam ualidum, ac pungens gustauerint piper. Habeo enim sponsi mei adiutorio, fideles uiros, qui non flexerunt genua ante Baal. Habeo ingeniosos, ac semper intrepidos, à stirpe durum genus, uidelicet Italos: in quorum sede prima, secura sedeo. Qui uniuerso Imperantes orbi, mihi subdiderunt. Adsunt, & fortes Germani, uelut incõcussæ turres nostri exercitus. Bellicosos itidem tenemus Gallos, etiam Romanorum temporibus specimen belli: & quorũ patres pro me tãta passi sunt discrimina. Sic audentes, ac ingeniosos Hispanos, qui corpora instracta sortiti: singuli Maximi Duces belli urgente negocio. At iure hæreditario, nomine, & factis christicolas Lusitanos meos possideo, qui infidelium nullam nisi sanguine fuso, gaudent habere uiam, ni conuertantur ad dominum. Qui Orbem cingentes cum patre rerum Oceano, etiam Aromata multa nimis, ui rapientes hostibus, auferent mea cum arcibus regna. Cætera uerò, quæ restant manus mea cum patre, & spõso reget, atq; disponet in melius. O` nimium dilecta Deo, quàm pulchri sunt, & candidi sermones, & gressus tui / ò filia, & sponsa principis, quibus ad diuinitatis consortium prouehi meruisti. Tu suprema Iudith (uidens Deum) & pijssima parens nostra. Quid enim de te dicemus? Vincitur

nempe sermo rerum tuarum magnitudine, & minus est omne, quod loquimur. At modò illud idem sit satis. Tu gloria Hierusalem uidelicet sanctorum: lætitia Israel, uidelicet Sacerdotū: uelut perfectorū / qui adhuc in humanis degunt: honorificentia populi nostri: scilicet Christianorum, quos tu mater clemētissima, cū sponso seruas. Vt tecum super mōtes aromatum, totius sanctitatis, & æternæ fœlicitatis odorum, tandem ascendant.

ECCLESIA NECEM FILIORVM REGNOrumq; *uti propriam* Dotem *illachrymando memorat.*

N*Vnc uero quis dabit capiti meo aquam, & cum propheta, oculis meis fontem lachrymarū, ut plangam filios interfectos populi mei? Nam ubiq; in* Pannoniæ *oris (quæ, quondam* Regina *fuit) Crudelis ubiq; luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago. Veluti de fumante Neptunnia Troia, lugubre carmen, pius Aeneas promens illachrymat. Sic illa Carthago, diues opum, studijsq; asperrima belli: anno septingentesimo ex quo condita fuit, a Scipione maximo, eiusdem clade Libiæ, deletur. Qui in cumulo considens illachrymasse fertur: & Homericū illud dixisse. Iamq; dies aderit, quo concidat Ilion ingens. Et Priamus, priamiq; ruat plebs armipotentis. Cumq; à Polybio, quem præceptorem habuit, rogaretur, respondisse, quod idem de Roma ambigeret.* Eodem *sydere non suo* Pannonia, *quin etiam Christianorum seruatrix, prope est extincta. Iamq; fractis Viribus, ut nobilis parens pulsū amisit: ita ut penes Phisicos, neq; spumantem pulsum: ait ferrinū, in pleuresi acuto morbo (seu laterali apud Graics) Vigentem: aut bis pulsantē: uel formiculantem, minime reperias: quanq̄ omnes intentēt luridam mortem. Bosna abscessit iam (Peloponeusem aspicis ne, translatum ad exteros?) Viden Rhodum, tot aggeribus impenetrabile propugnaculum, exspirasse? Ciuitatem Niceam depopulatam, Gillium senarum insulam euersum. Iersim Siculorum, & Liparem uastatas, hac die fuisse à mauris. Sed neq; tanta Vulcani rabies præualuit. Vbi quōdam officina nutrita erat. De qua doctissimus Poeta.* Aenei. VIII. *Insula Sicanium iuxta latus Aeoliamq; erigitur Liparem: fuman-*

tibus ardua saxis. Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus. Ibi enim plus exarserant hostes: & minaci uultu Christianos, ut oues inter lupos insuetum per iter, captiuos per Syrtes, & alta maria tranant. Heu dira fidelium natorum Supplicia: qui scopulos passim lachrymosis uocibus, & gemitibus implent.

En illa inclyta Roma (Vbi mei, & Vrbis Principes, Petrus, & Paulus triumphantes, regnarunt) quæ Imperium terris, animos æquauit Olympo: sæpius tamen profanata: nunc magna hospitalaria, meritò censenda: & Italia, quondam Ausonia (nunc hospitale maximum his qui iuga montium percurrunt) quam albis etiam plantis, & tracto pileo curuãtes salutant. Salue magna parens, frugum. Saturnia tellus, Geor. II. magna uirum: O' requies (aiunt) ea certa laborum exitijs Aenei. VIII. postura modum. Aenei. VII.

Videsne Galliam religiosam semper? Hæc. n. sapientiæ parens, morum splendor: & liberalitatis nutrix antiqua.

Quid de te refers, ò Francia? Hei mihi, & argento, & auro, plurimisq; spoliata alumnis, infelix sedeo.

Hispania, altera Hæsperia, tãto ingenio sublimis, Heu Iam armis præstans, ac in sanctos, religione præcipua, nũc inquit quassata relinquor.

Ah infelix Flandria, nobilis, & omnibus bonis referta, Nauigantium decus, uix æquata solo iaces.

Anglia Insula sublimis: cuius iam Anglorum regi, tota scribit Scolla Salerni. Videlicet, de sanitatis regimine: de simplicibus: & naturis herbarum: quibus tanta est subiecta potentia. De piscibus magnis, fluuialibus, ac maritimis: minoribus, atq; petrosis. De uictu ciborum, tanq̃ de honesta uoluptate, insigne uolumen, coram ipso cõposuit. Hæc glebæ uberrima, ut altera Italia, Hæc argẽti riuos, ærisq; metalla ostẽdit uenis: atq; Ioue, seu stamno plurimò fluit. Sed Geor. II. quid modo flẽdo promit. Non. n. uestigia ueri, scilicet puri, cernuntur. non uirtus. Non Theologorum prima sapientia, etiam in nostram Hesperiam deportata. Non Religio, nisi quam incertum uulgus affirmat; ueluti, gentiles prisci, nullum pro Deo colebant in orbe, nisi quos Romana potentia probasset, imò fecisset. Quid ergo resonat? Bella, horrida bella. Ita ut plectra, sacris dicata, & quæ ad humanos usus secularium rerum si transferre nõ liceat: quãto minus in per=

niciem fidelium? Quæ ut tubæ, æreiq; galli, ad templum dei uiui, credentium mentes uocabant. Sicq; ad diuina uterq; sexus currebat. Nunc tormenta bellica, ex eis, opere nephario sunt conflata: ut uitulus conflatilis in similitudine comedentis fœnum eductus fuit, inuentu diaboli. Propter quod acer sui numinis Deus, & ira mitissimi uatis Mosi, serui altissimi exarsit in Idolatras (quos etiam barba prodibat) penitus extinxit. Sic modo peccatis, & tot erroribus, addunt scelera, ut scelerati admodum filij, ita ut Crucifixum, qui stat in signum populorum, uidelicet fidelium per tot secula eleuatum in nationes Christianorum, in frusta ut Mauri scindentes. Imaginemq; in suum prothotipon ferentem idest in principale significatum, illius sancti sanctorum, qui in potioribus perfectionibus, & omnibus bonis sedet ad dexteram patris in excelsis concisam in terram proiecerunt Impij (Proh nefas) Iacent crura fracta, a corpore, & brachijs separata, & auulsum caput ab humeris. Quod est nostræ Redemptionis signum. Idemq; (sicut qui uiderunt nobis testati sunt) cæco à natiuitate (à sæculo non auditum) uisum reddiderat. Alterum etiam tot annis contractum neruis, incolumen cunctis uidentibus fecerat. Insignis etiam tabula omni ueneratione digna. Videlicet de beata uirgine, æternis laureanda coronis: quia deipara, & mater domini, semper intacta: quam, & uerus Salomon pacificus, ad dexteram in solio collocauit regio, ut petitionẽ pro nobis porrigat. hoc enim tot annis fuerat patribus eorum, singulare refugium: modo istibus pugionum innumeris, ut scortum iacet saucia: & diris sagittata telis. O dira nothorum insania, in tam clementissima parente immaniter insulantiũ. Qui tanq̃ lethargum patiẽtes, & frenetici aduersus pios sæuiẽtes medicos. Quis enim inter Principes, insignia, quanq̃ corruptibilia: sic prosterni, & illudi sineret? An ne quicũcta uidet, qui oculum plantauit, & aurem non considerat. Hæccine semifera gẽs crudelis, & barbara, pro tãtis meritis, sponte à deo collatis, & sanctis pro te intercedentibus, summaq; charitate astrictis, talia dona refers? An tu sola uidens, & omnes electi, & in deo sapientes, qui præcessẽrũt, stulti erãt, & cæci? ex amaro cordis animo, hæc testor cui effusæq; genis lachrymæ: certiorem te reddo omnem uidelicet, sacrilegũ immanem, immani etiã morte extinctum.

Exemplo ſunt Dathan, & Abirō: impius Acab, & Dira Iezabel: Saul quōdam tam bonus, & iuſtus tanq̄ unius anni puer innocens: ſacerdotes dehinc occidens: & pium Dauid, toties fracto fœdere, inſequitur: tādem cum eo etiam filius legaliſq́; germanus ipſius Dauid Ionathas in monte Gelboe occiſus eſt: quia deus illius domum delere funditus, decreuerat. Radix etiam peccati Antiochus qui peregrè in mōtibus inteſtinorum torſionibus intollerabili ſanie uermibus, cum tabo ſcaturientibus miſerabili obitu interra colliditur. Dixitq́; nouiſsima uerba. Dum tandem uexatio daret intellectum (Sed non ad ſalutem) Iuſtum inquit eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem, Deo paria nō ſentire. Sic callidus etiam Herodes, fulgens aurea ueſte, ex fractis ſolaribus radijs: doloribus uiſcerum, eadem hora aufugit ad tartara Mezētius etiam contemptor diuûm, Mortua quinetiam iungebat corpora uiuis, componēs manibuſq́; manus, atqȝ oribus ora. Tandem ipſius nato uidelicet Lauſo, interfecto ipſe crudelis deturpata barba humano cruore, à tam pio quàm potenti Aenea confoſſus eſt. Cuius meritò animam Vulcanus ad umbras traxit, & in tetri foribus ſepeliuit auerni. Sic Pōpeus, quondam magnus, Deinde confractus, ſicqȝ in Aegipto, iacet ſine nomine corpus: quia de tot regnis in Oriente armis, & animo ſuperatis, non agēs gratias Deo (qui omnem preſtat uictoriam) in templo domini, Hieroſolimis (ut quidam ferunt) equos uelut in alta ſtabula, & ſpacioſa locauerat. Ac trabem ex ſolido auro: & Candelabrum, ſeptem ornatum luminibus tulerat. Sicqȝ de cœtero inglorius fuit. Dioniſium Tyrannum diripientem templa Deûm aſpice: de quò, & ſui ſimilibus, etiam Valerius in primo, qui neqȝ fonte perenni expiatus, uulgata ſententia increpat. Lento .n. gradu ad uindictam ſui, diuina procedit ira, tarditateq́; ſupplicij, grauitate compenſat. Nam feßi ciues filium inſequuntur ut hoſtem qui Corinthum aufugiens Rex pedagogus efficetur, ut paruo imperio, uidelicet puerulis imperando, quadras redimeret, ne turpi egeſtate uitam finiret. Qua in re, ſtupratis filiabus. Ac uiolata Vxore, ipſo aſtāte Tyranno, interfectis: tandem ipſum ſtrictis gladijs, innumeris confodiunt uulneribus. Poſt hac non in decus: ſed ſempiterno obprobrio, flammis conſumunt. Ingratißimoſq́; Sacrilegi cineres, in Lymphas deijciunt. Ergo & uos hoſtes

Actuū. XII.

altißimi cum cæteris, Discite Iustitiam moniti, & nō temnere Diuos.

AD GERMANIAM IN EXTREMIS LABORANTEM.

AVdis ne, & tu Germania, Iam pia parens, totius bonitatis, & intellectus alti, in mille partes diuisa, tot opinionibus, & tu laceras. Quid rugiendo mussas? Quid de te ipsa clamas? Babilon facta sum / Sum effecta Babilon. Quis te fascinauit ò maxima Christianorum ora? An idem sepulcrum seruatoris gloriosum Teste Dauid Sanctißimo Vate / domini uniuersorum? Non ne illius, qui operatus est salutem humani generis in medio terræ; ubi dicitur centrum terræ habitabilis esse. Et iuxta illud Romanorum / Hic iacet medium mundi. Vt uerum uero ex omni parte consonet. Vbi nūc qui ipsum caussa uisendi, tot periculis, & expensis sulcant maria? Vbi etiam in præsentia Romipetæ? An Petrus, & Paulus, qui legem nobis tulerunt in Europam quorum primus ab ore dicentis, & manducantis ac paßibilis in terra: Euangelium, & sanctiones habuit ab ipso Christo, omnium instauratore. Quem non ipsum sententia uertit: Sed gloriosus in forma Dei, & formosus in stola humanitatis, quam ut militarem uestem, tot discrimina pro nobis exanclantem cognouimus: eadem mandata stans à dexteris uirtutis dei, Doctori gentium dedit. An mendax modo inuentus est Petrus, uel Paulus, qui tanta pro ueritate tuēda paßi sunt? Absit. Non ne maiores tanta religione erant alligati, ut nemo se Christianum crederet, nisi limina sancta Apostolorum uidisset? Et si forte aliqui rami inutiles sint, non ne radix fidei catholicæ / & Apostolorum / semper sancta? Si reliquiæ itidem sanctorum Patriarcharum, & seruatoris Aegiptij Ioseph, figuræ Domini / tanta bona populo Israel tam in deserto, quàm contra terribiles populos, potuerunt: quanto magis corpora functa uita, pro Christo: in uasta solitudinis huius mortalis uiæ, aduersus hostes, & potestates tenebrarum harum, præualebunt? His ergo litigiosis æmulationibus, & non circa carismatum dōna uersantibus, luce clarius apparet; & bonū totius Reipublicæ Christianorum, concussum,

concussum, dilaniatumq; esse. Hostis extra Ecclesiam, instans rapit: & fidelis: nomine tantum, corrodit ut Caries. Sic Status, Regna, Imperia dilapidata passim lugētia iacent. Qua in re omnis uirtus aufugit, cana fides: & Iustitia exulantes: & arripientes fugam, petierunt æthera. Verecunda honestas, & honesta uerecundia, iam iam non inuenitur in terris. Templa Dei nostri cum altaribus ueluti tempore zelatoris Heliæ prosanata, & disiecta, & ut umbracula in cucumerario derelicta sunt: & mali ominis bubonum (Vt gentiles ferunt) triste diuerticulum: sic desolatis ædibus, respōdet plantibus Echo. Heu traiecta Christi pectora militari quōdam Iudaicoq; ferro, detexit Euangelium: nūc uerò pia parēs Ecclesia, illius sponsa, scelus hæresum proprie domus nobis natis aperit. Alta Palatia sunt diruta. Domus uacuæ, & absq; habitatore, ut longè ante propheta dixerat. Ciues cum pauperculis coniugibus, & enixis, & seruitio pressis: per altas niues fugiunt ad siluas: in antris cum beluis, & serpentibus inter spelæa ferarum malle pati. Sicq; populus tanto precio redemptus à Christo. Ignarus hominum, atq; locorum: ipse ignotus egens, ac eiulans, decedit magis alaribus, quàm ad manus crudelium deueniat. Pueri cùm decrepitis, cursitantes, comprehensi: tanq̄ uernaculi, & empticij: iterum, atq; iterum, uili precio uenduntur, ab indignis (proh pudor) Virgines, & sponsæ Christi qui pascitur cum sponsa sine macula, & absq; ruga, quæ est Militans Ecclesia, inter Lilia, uirginitatis insignia sunt effectæ stuprum. Viduæ quanq̄ honestissimæ, & summa deuotione fulgētes (ut altera Iudith, uel Anna prophetissa) a bubulcis, & mulionibus armatis, sunt de honestatæ. Nuptæ astantibus sponsis, laniatæ, & raptæ, ut dicere ualeant. Nos patria incēsa: diuersa per æquora uectæ, stirpis Achilleæ fastus, iuuenemq; superbum seruitio enixæ tulimus. A sicarijs occisi mercatores, eorumq; merces eiectæ. Gymnasia collapsa, æternùm sunt uacantia. Heu tandem euersam Romā uidimus. Cuius potētiam miratus Poeta ait. Quid satis est, si Roma parum est? Quod Deiformis Hieronymus, ad Geruntiam de Monogamia ait. Alio mutemus eulogio. Quid saluum est, si Roma perit. Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum, ferrea uox: omnes captorum dicere pœnas: omnia cæsorum percurrere nomina possum. Nam risus in

ſingultum. Cythara, & organũ in planctum, & uocem flentium conuerſa ſunt: ut maxime illud conueniat. Lamentis, gemituqꝫ, & fœmineo ululatu. Tecta fremũt: resonat magnis plangoribus æther: Non aliter quam ſi immiſsis ruat hoſtibus omnis Carthago aut, antiqua Tyros: flammæq; furentes Culmina perq; hominum uoluantur, perq; deorum. Hic matres, miſeræqꝫ nurus, hic chara ſororum pectora mœrentum, puerıqꝫ parentibus orbi dirum execratur bellum, & poſt tanta bella exauſta, & tot diſcrimina rerum paſſa facilis iactura ſepulchri eſt. Hei mihi quas cædes, quã multa cadauera cerno paſsim ſtrata ſolo: quis funera tanta peregit? Quis dedit hanc late ſtragem? Diſcordia demens, uipereum crinem uittis innexa cruentis. Cui triſtia bella, iræqꝫ, inſidiæq;, & crimina noxia cordi. Sicqꝫ paſsim, ſpargitur, & tellus lachrymis: ſparguntur, & arma. Heu piiſsima parens Ceres. Heu fœcundiſsima terra, omnium uiuentium mater, & opis frugiferæ uenerabilis deturpata facies quam dehoneſtata es à ſanguine Abel iuſti per fratricidam Caim usqꝫ modo ab immaniſsimis uiperarum natis q̃ omnibus bonis ſpoliata, ſola ſedens, inculta iaces. Vbi formoſiſsimus annus? ubi culta noualia? Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri ceſsit amor. Nam ubiqꝫ Agri inculti lugent. Nec carpent tua prima nepotes. En quo diſcordia ciues perduxit miſeros, En queis conſeuimus agros? Iam omnibus illud Melybei apoſtrophare licet, Inſere nunc Melybœe pyros, pone ordine uites: Ite meæ quõdam felix pecus, ite capellæ. Sicqꝫ armenta formoſa ui rapta mugire illud octaui de Caco latrone ſemifero. Diſceſſu mugire boues, atqꝫ omne querelis impleri nemus, & colles clamore relinqui. Quis ergo hanc belluam eructam mare, cœlumq; fatigantem, & terram exterminantem genuit? Nam officiũ ſapientis eſt ſcire cauſſas rerum, & tunc unumquodqꝫ arbitrantur ſcire quando cauſſas cognoſcimus, & principia usqꝫ ad elementa. Qui nam ita infelices parentes hoc horrendum monſtrum uidelicet diſcordiam in lucem dederunt? Non me ſed flaccum audite / Oratium (& forte increduli penſitate) Odium iramqꝫ, diſcordiam progenuiſſe. At quia teſte Philoſopho / ex quibus componimur hisdem, & nutrimur, hinc nobiles acris ingenii, colorici gignuntur, Similibusq; cibis, ac dilicatis paſcũtur: Idciro in principibus flauã

bilem cõplexionis igneæ uidelicet calidæ, & ſiccæ dominari cognoſcas. Et ignoratum conſiliariorum inſcitiam miniſtrare fomenta (de malis intellige) Colera ergo in ſublime tendens, alteratur ab ira, quæ etiam circa cor calidiſsimum membrorum tam apud Medicos, q̃ Phiſicos, ac etiã Theologos, eſt ſanginis accẽſio, & quandoq; ut phrenitis, occupat ſenſus, atq; acuit animos. Illi acti furijs inuadunt Martem clypeis, atq; ære ſonoro. Dat gemitũ tellus: tum crebros enſibus ictus congeminant: fors, & uirtus miſcentur in unum. Et ſanguine largo colla: armosq; lauant.

TANTI MALI CAVSSA SVNT QVI AD Secreta admiſsi, male Principes conſulunt.

Sed de conſulentibus principes quid in medium referam? hi enim qui ad ſecreta eorum ſunt admiſsi, tanti criminis dicuntur eſſe authores. O infandum ſcelus, & morte piandũ. Hæc enim ualida, & occulta peſtis, quæ totũ Reipub. corpus eſt: & intus urit membrorum compages. Hanc epidimiam fons eloquẽtiæ indigitando Catilinam oſtendit dum ait. Nulla peſtis ad nocendum grauior: q̃ familiaris inimicus. Sed quem fructum habetis, in quibus nunc erubeſcitis? ut ait Romanis Apoſtolus, quando, & ipſi erant gentes; quæ ignorabant altiſsimum. Tu ſi non qui adhuc belli incendia iactas. Tu qui arte pelaſga ubiq; diſcordiæ infelix lolium ſeminas: quæris ne iterũ euertere Troiam, & reliquias damnum demittere Orco? Quos neq; Tydides uidelicet Diomedes nec Lariſſeus Achilles, nõ armi domuere decem, nõ mille carinæ. Imò quadragintaquatuor ſuper mille. Dares Phrigius refert qui omnia proprijs luminibus bellando uidet. En alter Achitophel exterus ex Gilon/ de Geſſuri regione alienigenarum in Syria ut fertur à diuo Hieronymo (tractatu quinto ſecundæ partis de hæbraicis locorum nominibus) Iam tempus aduenit ut ad trabem ſeſe ſuſpendit. Iam manu diſcindit amictus: & nodum informis leti/ trabe nettit ab alta. Qui contra pium Dauid conſilium immane tulerat, quo extinctus fuiſſet manu crudelis nati niſi aſtu Cuſi, Diuinaq; ope adiutus genitor ipſe fuiſſet. Sic etiã hic comes ſcariothis ſit in morte qui ſuum Regem ac Do-

minū cum Iuda tradiderat. Quo te proripis Tolumnie augur, qui fœdera rumpis, dum fugam properas? Quid? Recole illud adagium, consilium malum, consultori pessimum sicut (Aenei. xii. legitur) cadit ipse Tolumnius augur. primus in aduersos telū qui torserat hostes. Mala mens ditari desiderās, & iustitia tot discordijs mista euertūt Regna, & a culmine domos. Dicēte Domino: Omne Regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & domus supra domū cadet. Nam stultitiæ fons est, & origo fiducia uestræ. Caligoq; ingens quæ uos cognoscere uerum posse uetat, tolle: oculi meliora uidebunt: & quæ nunc bona prima putas, fortasse negabis esse bona: & quæ credis mala maxima, for san nō mala sunt, dices pulsis iam corde tenebris. Aspice nanq; omnē quæ nūc obducta tuēti Mortales hebetat uisus tibi, & humida circū:

Aenei. II. nubes circa oculos Caligat. Nam nebula ex ignorātia contracta homo ad diuinitatis archana nō penetrat, neq; malis fidens ministris, quæ sint sana, cognoscit. Caueant ergo terrarum domini (qui teste sapientia Iustitiam deligere debent ne in ora deueniant uulgi, & aratorum, allegantium illud Salomonis. Malus princeps omnes ministros habet impios. Quēadmodum uecordia militum fertur in Ductorem. Nam totum pondus prælij uertebatur in Saulem: & discipulorū scurilitas (quæ teste Apostolo ad rem bonam non pertinet) redundet in præceptorem. Sicut eloquens Philosophus ipse Plutarchus in Epistolas congratulans Traiano discipulo, euecto ad Imperium inter cœtera, his uerbis affatur. Tuæ igitur uirtuti congratulor, & fortunæ meæ, si tamen recte gesseris, quem (.s. præceptorē) probe meruisti. Alioquin te periculis / & me detrahentium linguis subiectum iri non dubito: cùm, & ignauiam Imperatorum Roma non ferat, & sermo publicus / delicta discipulorum refundere soleat in præceptores. Sic Seneca Neronis sui meritò detrahentium carpitur linguis. Adolescentium suorum temeritas in Quintilianū retruditur: & Socrates in pupillum suum fuisse clementior, criminatur. Tu uerò quid uis rectissimè geres, si non recesseris a te ipso. Si primum te cōposueris, si tua omnia disposueris ad uirtutem, recte tibi procedent uniuersa. Abijcientes ergo ò principes orbis hanc mali consilij luem, & rubiginem de argento ueritatis sonoro (Illustri uidelicet fama) Induite arma ueræ lucis, & sapientiæ; & illud Ho=

meri diffamatum recolite quod Elephas Indus, non formidat culicem: ut Veteranus pater Priamus, Hectori audenti nimium, uictori Achilli congressuro, memorat. Eia igitur Sacratissimi Reges reuocate animos, odia mittite in eum, qui, pro uobis, & pro trangressoribus orans, cum clamore ualido, & lachrymis, est a deo omnium parente exauditus pro sua reuerētia, ô cebibete iras: ictum iam foedus: & omnes compositae leges. Audiat haec genitor, qui foedera fulmine sancit. Maiestatemq; potentem recolite uestris collata maioribus, qui mare, qui terras, omni ditione tenerent, & Iure quidam, uobis à Christo, omnibus dominante tanq̃ cohaeredibus clargita sunt. Iam ut nostra sunt praescripta. Tubaq; Apostolorum in toto orbe terrarum, secundum Prophetam insonuit. Sed neq; tantus honos, aut potētia, sceptraq; Christianorũ principibus sunt collata: ut fere lanient, aut piam parentem .s. Militantem Ecclesiam exenterent, (Quam propter tantos potuit perferre labores spōsus: qui est Christus Dominus) Non hos quaesitum munus in usus. Aenei. XII.

CAVSSAE MAGNITVDINIS, DIVTVRNItatisq; Romani Imperij, disciplina belli.

Sic ergo reddita pace Christianis Principibus, ab aethere: uos Ductores maximi, arma sumentes manu ad manum conserite in hostem. Sic enim Romanum Imperium tam ingens tam Inclytum habuit exordiũ. Ambo enim simul posita solida tantae molis fundamenta fuerũt praestantia uidelicet Arma, & sapientia quae doctissimus Vates, uno carmine complectitur. Romanos rerũ dominos, gētemq; togatam. Quem etiam & nos, in praesenti Tomo sequimur quoniã facta ducum cecinit, diuinaq; serie rerum composuit: tot millia, tot gentes, in arma coegit, & actos in funera Reges. Quã tādem & ipse, tam ab Aegyptijs abstractis, quam sapientibus Grais, mutuatus est. Hi nanq; sub similitudine poetica / ut sapiētissimi: aprycam syluam: lauri nemus, morum uirtutisq; odorem spirans, plantarunt, Eridano plurimo circũdante. Hinc illorũ primus omnium gradus, qui semper inuicti non timuere tela, non ferrũ, nec ignes, neq; tot, tātaq; dura tormentorum genera. Attulit ipse uiris optatum

Disciplina belli prima caussa.

Aenei. I.

casus honorem. Marcus ille Regulus toto orbe cum innumera manu uictorum testatur, ne dum in membranis uerùm etiam in carneis, senilibusq; membris cum ossibus musculis, & uisceribus, tot acuminibus in rotato sine more dolio dire perfossis ab immani Carthaginis rabie, quæ fide religioneq; semper nuda fuit. At præpotẽs Roma, natos ultra fuit, & auos. Annales ueri, Hectoreæ, & Romuleæ gentis nostræ scrutẽtur, & breui parma, Romanæ linguæ, in pictore maximo (libro Viij.) sicut etiã realis clypeus, ab æthere missus fuit (ut diximus) Cœleste signum populi Romani, in disciplina militari, tam nobilis, tam optimi, ut patet in primo. Hinc populum late regem, belloq; superbum pio ac sapientissimo Numæ secundo Romanorum Regi, pro munere datum: qui Romam sanctis moribus, sacrisq; institutis ditauerat. Quemadmodum primus, scilicet Romulus armis, & consilijs: qui idem multis diebus ieiunabat ut consilium caste maturaret. Vnde in sacris literis scribitur. Beata ciuitas, in qua Rex sapiens erit. De incontinentibus uerò per Salomonem dicit Dominus. Veh terræ, cui Rex est puer: & cuius principes mane comedunt. Idemq; noli uinum dare Regibus, quia nullũ secretum, ubi regnat ebrietas. Tullus deinde tertius pater, prestantibus armis Vrbem decorauit, ut in illo memorabili sexto apparet (in quem commentum confecimus) Cui deinde subibit. Ocia qui rumpet patriæ, residesq; mouebit Tullus in arma Viros, & iam desueta triumphis Agmina.

Quam decorus, quam honorabilis labor armorũ, & laboriosa Martis prouincia (Nam graue Martis opus) hanc artem clarissimam, maiores natu a puerilibus annis, suos docuere nepotes. Sic Rex Euãdrus illi (qui fuit pietate insignis, & armis) unum filium dedit, his uerbis ipsum affatus. Ingredere ô Teucrûm, atq; Italûm fortissime Ductor. Hunc tibi præterea, spes & solatia nostri Pallanta adiungam, sub te tolerare magistro. Militiã, & graue Martis opus tua cernere facta Assuescat: primis, & te miretur ab annis. Multum enim est à teneris annis assueuisse præcipue commertia belli discere. Sic Metabus natam Camillã, ut dicitur à Marone doctissimo, Pulsus ob inuidiam Regno, uiresq; superbas. Hic natam in dumis, interq; horrentia lustra Armentalis equæ mammis, & lacte ferino nutribat teneris immul-

gens ubera labris. Vtq; pedum primis infans uestigia plantis institerat, iaculo palmas onerauit acuto. Spiculaq; ex humero paruæ suspendit, & arcum. Non immemor tanti operis, Teucrorum Ductor Aeneas, in Ascanio, (in quo omnis stabat cura parentis) idem exercuit dũ exitiale duellum cõmittere uellet. Postq̃ habilis lateri Clypeus, loricaq; tergo est, Ascanium fusis circum complectitur armis. Summaq; per galeam delibans oscula fatur. Disce puer uirtutem ex me uerumq; laborem (.s. militiam) fortunam ex alijs (quoniam habent meliorem) nũc te mea dextera bello Defensum dabit, & magna in præmia ducet (.S. Regna latina) Tu facito mox cum matura adoleuerit ætas, Sis memor (meæ uirtutis) & te animo repetẽtem exempla tuorum, & pater Aeneas, & auunculus excitet Hector (frater Creusæ matris) Hæc ubi dicta dedit, portis sese extulit, Ingens Telum immane manu quatiens. His allecti Romanorũ nostrorum Tyrones (Vegetium, Frontinumq; uoluentes) in Tyronicio sese exercebant, ut patet in septimo. Ante Vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus exercentur equis, domitantq; in puluere currus: Aut acres tẽdunt arcus, aut lẽta lacertis spicula cõtorquẽt: cursuq;, ictuq; lacessunt. Hãc ergo Armorum gloriam primã, sibi uindicauit tot Ductoribus Inclyta Roma (Arma quibus Cœlo se gloria tollit Aeneadum) Non inuisa Carthago, que de se / talia iactabat in iiij. Punica se quantis attollet gloria rebus Dehinc ã sublimi Roma, in leuem fauillam redacta. Vnde fatidicus Anchises Geminos, duo fulmina belli Scipiadas, cladem libiæ. Alter enim ad tributum coegit, alter uero, fugientibus afris: oribus ustis igne deleuit. Sed huic hostili solo / uerus amor amplius non pullulat, ut mens præsaga æterni odij, & mater Dido prædixerat. Nullus amor populis, nec fœdera sunto. Hunc / olim, quocunq; dabunt se tẽpore uires, Littora littoribus contraria, fluctibus undas Imprecor, arma armis, pugnent, ipsiq; nepotes. Hanc tamen disciplinam bellici ponderis, non fortuna aut casu, sed Iudicio, consilijs, & religione maiores nostri exercebant. Non quẽadmodum miseri milites, qui aliquando dantes bonas plagas, ignorant quid faciant (Sicut Philosophus in proemio Metaphysices asserit, de primis sapientibus, qui dicentes uera rationes, & caussas ignorabãt. Hãnibal pœnus talia seruans, sapientiã, uidelicet

Aenei. VII.

Aenei. VI.

& artem, belli apud Cannas, prostrauit Imperium qui astu Max. tandiu immiscens orbibus orbes, nostrorum reuoluit exercitũ donec radijs uibrãtibus Solis, in Romanorũ lumina, sicq; expectata hora superueniente ualido uentorum fragore, arenaq; insequente equorum crura, & peditum: tot modios ex gemmatis, lucidisq; nobilium anulis, transmisit ad suos, ut aspicerent. Quot occisorum animæ uiles, inhumata, infletaq; turba sternitur campis: si tantus fuit Aceruus Heroum (Neq; casæ, in quibus rarò scelus diuerticulum inuenit, dicente Seneca. Scelus humiles non habitat casas. Sed alta palatia colit) In his enim tam domibus, q̃ ædibus magnis, largo planctu flebant charos uidelicet, germanos, coniugem, natos, uel genitorem. Haud habitaculum Vrbis Romæ à fletu immune fuit. Caussa summæ stragis. Varo fuit religione priuatus, & in illa gentilitate, contra Iunonem, Sacrilegus: qui in templo illius puerum non habilem, ad tale Mysterium exequendum posuerat sicut testatur ipse Valerius. Credimus Varonem apud cannas, ita infeliciter dimicasse, ob iram Iunonis. Ibiq; armorũ, & uirtutis decus, populiq; Romani lux alma, extincta e corpore fuit; uidelicet Paulus Aemilius. Hic aduertẽdum cẽseo quàm in rebus contingentibus discursus uidelicet Syllogisticus, nõ minimum locum obtineat. Et nisi multa essente in libertate arbitrij, consulendo non foret, de omittendo bello, & fine adipiscendo, quæ est uictoria, licet omnipotens Deus à quo est omnis sapientia, & Victoria, in his omnibus, primitiua sit caussa. Quæ fide precibus, & religione, placatur. Moyse enim orante ingenti uirtute præualuit Israel. Sylla etiam hoc recolens commissurus bellum, idolum, quod apud delphos sustulerat, cõplexus supplex orabat, ut cogitata optato euentu potiretur licet in eo error esset (quia solus deus infinitè bonus, summè adorandus est) Attamen nec religionis uestigium. Hannibal ostendens, tandem in Romanos nec Victor extitit tam pios. Qui omni religione, & toto spoliatus Regno, profugus se infando ueneno extinxit: & de ipso Aconytum triumphauit. Sapientia ergo, & armis religionem comitãtibus, effecta est Max. Roma: quibus sexcentis magnis mẽsibus, Monarchiam obtinuit. Ex his nanq; aureus funiculus triplex est, qui difficile rũpitur. Sed neq; prisci patres indicebant bellum, nisi prius Senatorem sententia, &

tentia, &

tentia, & pertinaci religione sancitum fuisset. Ne pro libito, bonum comune cunctis creatis rebus anteponendum, in dies decresceret: quod magis ac magis, deberet tueri, atq; augeri. Non enim cum templis, & inanimatis rebus / sed aduersus rebelles bellandum arbitror. Antiquum nostrorum morẽ aspicite, Ductores maximi: de quo scribitur. Mos erat Hesperio in latio: quem protinus urbes albanæ coluere sacrũ: nũc maxima rerum Roma colit: cùm prima mouẽt in prælia Martem: siue Getis inferre manu lachrimabile bellum. Hircanisúe arabisúe parant: seu tendere ad Indos, Auroráq; sequi, Parthosq; reposcere signa. Sunt geminæ belli portæ (Sic nomine dicũt) Religione sacræ, & sæui formidine Martis. Centum Aerei claudunt uectes, æternaq; ferri Robora: nec custos absistit limine Ianus. Has ubi certa sedet patribus sententia pugnæ: Ipse Quirinali trabea, cinctuq; Gabino Insignis, reserat stridẽtia limina cõsul: Ipse uocat pugnas: sequitur tum cætera pubes: Aereaq; assensu cõspirant cornua rauco. Hec itidem de more, uellem lege seruandum. Nam Respub. ab exordio craturæ mundi, a Deo summe bono, & tot probis cõfecta uiris, semper Indemnis, & intacta quieuit. Felix nimium illa aurea, & prior ætas, quando cum prestanti arte bellica iuncta erat sapientia. Aenei. VII.

ALIA SEQVITVR CAVSSA, VIDELICET *Sapientia; qua, Imperium acquirendum ac tuendum sit.*

De Sapiẽtia

QVid enim clarius, quidue splendidius, quæ maior palestra, q̃ illustris Sapientia? Hanc qui possidet non in urnis fictilibus, ut aurum: sed in animo de foris descendente Olympo: est Opt. Max. creatoris rerum, dilectus. Sicuti Philosophus. x. magnorum moralium infit. Sapiens est Dei amantissimus. Sic etiam in uita, quæ finem nescit, inter electos: ipsi spondidiores micabunt ut sydera. Vnde pius uates Daniel. Qui docti fuerint, & ad Iustitiam erudiunt multos, erunt sicut splendor firmamenti, & fulgebunt sicut stellæ in perpetuas æternitates. Sicq; etiam in terris, Sapiens ab inscio apud Philosophos, differt tanq̃ homo uiuus à picto homine, uel ligneo. Miles enim cognitionis expers, & sapiẽtiæ ignarus tanq̃ monoculus censetur. Sic fons eloquentiæ

Tullius primo de oratore Mar. Ant. taxauit. Qui tandem profugus mero calens unà cum sua barbarica pellice Cleopatra ebriam euomit animam, amissa cymba ex auro solido ornata gemmis cum cycladibus suis, & nauibus. s. quibus lasciuiebat cum Regina Aegypti. Non enim uisibilibus bonis ditantur homines, ut sunt argentum, aurum, gemmæ: aut status, Regna, Imperia, quæ etiam relinquūtur, quia nō nostra. Sed habere animum bonis habitibus, & uirtutibus refertum, has tu proprias, & ueras dicito diuitias, Dicēte Hieronymo. Discamus in terris, quorum scientia nobis remanebit in Cœlo. Ab exterioribus non est hercle, expectāda felicitas, ut septimo ethicorum Aristoteles inquit, & decimo eiusdem ait. Non est existimandum multis, & magnis indigere felicem. i. sapientem, qui animo, & sapientia tanq̄ propria alimonia uiuit. Hac etiam pascuntur Cœlestes animi. Ideo intelligentiæ dicuntur supernorum: ciboq; inuisibili fruuntur, ut retulit Raphael Thobiæ sanctissimo quæ est essentia dei nostri clare uisa, & fruitio sempiterna, quæ etiam sua incomprehensibili bonitate, donum sapientiæ donauit hominibus, quo qui usi sunt (Scriptura diuina attestāte) participes facti sunt amicitiæ altissimi. Tanto munere donata fuit magistra ueri, prima Roma, quando comites Verbi Dei (Sapientiæ. s. genitæ, summi tonantis, sub humana imagine lustrantis terras) Euangilizauerūt quæ humana sapientia scire non ualuit. Tandem latius præsidens orthodoxa Ecclesia religione diuina, q̄ dominatione terrena. Quanq̄ ciues nostri adhuc gentiles cum militibus Romanis, sic erant edocti ab infantia in bonarum artium Gimnasijs, ut aliquando in Amphiteatro, ubi quandoq; ducenta hominum milia aderant, si forte narrans in aliquem errorem incidisset: arrectis superciliis, caput ultro citroq; quassabant: & Roma tanti fuit, q; Graij (nō barbari) eloquentissimi tenebantur latinos interpretes, non Romani græcos quærere: ut inquit Valerius. Et Iure quidem, nostri enim uoluerunt linguam primam, esse Romanam, sicut etiam in armis præstantibus gloriam uendicarant summam. Inauditum referam, quòd quidam ex hebræis affirmant. Videlicet q ex gradibus. x. sapientiæ orbis terrarum. ix. habuisse Romanos ut si. x. auri talenta in uniuerso inuenta essent. ix. haberet Roma. Decimum uerò cæteris linguis, & ge-

tibus datum felix, ò nimium felix tunc temporis Roma, & orbis. Tu meorum prima parens auorum, quibus magnum nomen dederas, ut in agro placentino opidum testatur, quod nomen Domus seruat erectum A meorum manibus, qui ad secreta admissi Imperatorum omne, quod sub Cœlo est piè moderantum, ut primi, utq; fidi. Sed tot labentibus seculis / fama est obscurior annis. Quam bene ergo pacato legibus orbe, felicia tua fuerunt Imperia: ut diuinus Plato edocet. Beatæ Vrbes, & Respublica, quæ a sapientibus reguntur. Nam Teste Philosopho in primo primæ philosophiæ. Sapientis officium est ordinare, & non ordinari: ne ignauum genus hominum (Virtuti indulgens altrici) gubernet. Iniuideo enim priscorum temporibus penès quos tanta fuit sapientiam authoritas, ut Respub. uel priuata, absq; consilio ipsorum constare posse minimè uideretur. Philippus Maccedoniæ Rex (qui primus regnauit in Græcia) maximo affectu fuisse traditur, quòd Alexander cognomento magnus, Aristotelis temporibus nasceretur, non ut successorem regni haberet. Sed ut Philosopho in discipulum traderet. Quid de ipso Monarcha in medium edisseram? qui spacio annorũ undecim, quanq; milia Vrbium possedit nõ enumeratis innumerabilibus uillis, & oppidis. Quippe ipsum præceptorem tanta obseruantia coluit, ut omissis muneribus, quibus locupletissimè donatus fuit. Stagiriam Vrbem à Philippo dirutam: suis precibus instaurauerit, & indecuplo liberam, & magis illustrem fecerit: ut Philosophum datem sibi bene esse, & uiuere intellectu, Iure quidem præponeret genitori, tantum esse naturæ largienti. Plus enim est bene esse, q̃ esse simpliciter. Ergo sapientes Viros amplectimini; uos qui sceptra fortunæ tenetis, & quibus uidetur ipsa fortuna peracta: Attamen in cœca comite fidendum non confido. Hæc enim buxeo globo mobilior: ille impellitur à pueris, hæc magnos eleuãs sæpe in altum, deijcit: ut lapsu grauiore ruant: In illum stupet inscia turba in hanc sublimia Virorũ ingenia. Vnde clarissimus Vatum Ceu quondam torto uolitans sub uerbere turbo. Quem pueri magno in gyro uacua atria circum intenti ludo exercent. Ille actus habena curuatis fertur spacijs: stupet inscia turba, impubisq; manus; mirata uolubile buxum: Dant animos plagæ, non cursu segnior illo per medias Vrbes agitur, populosq; feroces. Aenei. VII.

Nam magis ferox ipsa fortuna in clientes suos saeuiendo fingit, Et arma inter regum falsa formidine ludit, Ergo huc geminas nunc ferte acies, scientes anfractus fortunae, nisi a Deo, & sapientia superari posse. Ecce ille eximius prophetarum Moses (tot debellaturus gentes) qui loquebatur cum Domino, ut amicus fatur amico, & nō per aenigmata, Hic tamen sapientissimi Ietro consilium accipiens, consultu Dei, posuit ipsum in lege: qui septem nomina adeptus est: ut libro de maxima philosophia diximus. Hic optimus uatis cognatus / ipsum tot occupari tumultuātis turbae negotijs perpendens ait. Constitue tibi Viros in quibus sit timor Domini, sapientie clauis: Adde scientes Iura maiorum ut de Assuero, Hester libro legitur: & in quibus non sit annexa auaritia: quae est Idolorum seruitus (quia auari nūmos adorant) toto corde: ibi enim Thesaurus eorum. Et radix est omnium malorum, soror ipsa cupiditas (ut inquit Apostolus) Sic primum pharao, opulentissimi Aegipti Rex, Virginē Ioseph praefecit regno, quia somnium fideli interpretatione aperiens, a clade famis, orbem seruauit. Nabuchdonosor etiam tanq̄ caput aureum, primam Monarchiam Assiriorum regens, Danielem (sapientes a dira nece seruātem) primum cum socijs, prae omnibus extulit. Quem sapiens Darius, orientis uidelicet Persarum, atq; Medorum Imperator, eundē uatem uirgineum, & abstinētem collegam habuit: & tertium (uidelicet post uxorem) habere nō horruit. Assuerus super cētum uigintiseptem prouincias regnās, cuncta agebat consilio sapientum. Septemq; Medorum Persarumq; duces sapientissimi, ex uniuersis orarum regnis, ut decebat Imperatoriam maiestatē, semper astabāt. Quam ne dum armis (ut diximus) uerum etiam sapientia, semper excolendam, in fronte sacrarum legum, est a Christianissimo uidelicet Iustiniano (Iustitiae decore supremo) summo Monarcha sancitum. Nam Iustissimus ūnus, & seruantissimus aequi. Hoc idem penes externos legimus. Quemadmodum optimo, maximoq; Ioui euenit: qui fuit tertius Iupiter, (quasi iuuans pater) Cretensium Rex, filiusq; patris Saturni: ut in Triumphis inuictissimi Herculis latius diximus. Hesiodus ergo huic summo Ioui: etiam summe sapientem uidelicet Prometheum constituit. Euripides Tiresiam uatem, Creonti Thebarum Regi Agamemnon magnorum Ductor

Achiuum, Nestorem annis, & sapientia grauem summo honore excoluit. Hic ne dum eloquentia, uerùm etiam poteti dextera utranq; Ttoiam inuasit, sub Laomedōte (quem maximus Hercules, proprio ense necauit) Subq; Priamo, qui a Pyrrho Achillis filio, simili cæde trūcatus. Hos imitatus sapientißimus natum Vergilius, fidum Achatem, & placido pectore regens animos Ilionean, pio Aeneæ comites dedit. Sic etiam (in quinto) senem describit idem Maro, his uerbis. Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas Quem docuit, multaq; insignem reddidit arte. Quæ etiam ueterani cōsilia; Imperio Iouis in hāc sententiā affirmat Anchises. Cōsilijs pare, quæ nunc pulcherrima, Nautes dat Senior. Sic enim, lege naturæ, & Iure Maiorum cautum est, Sicut diuino datur cernere Platoni. Ad Dionisium: ut sapiētia, potentiaq; in idem tendant, simulq; congrediantur. Hæ Alæ deiferæ proteptionis sunt, quibus Reges Regna dicūtur regere. His enim inualescunt imperia: & bonarum artiū studia; & bona fortunæ, atq; naturæ incrementa suscipiunt. His accedit animorum concordia (qua ut testatur Salustius, cum Diuo Hieronymo) paruæ res crescunt, discordia, maximæ dilabūtur. Si enim Heroes, & nostrarū uirium principes, hæc aduerterent animis, & factis complerēt. Et qui alba induunt arma, ac disciplinæ belli sacramenta: Si Iura iam promissa, si fœdera, leges, almamq; sapientiam, & amoris uincula, & primā omnium (quam modò eis, & maioribus memoro) uidelicet Deiformem ac sacrosanctam religionem seruarent, non tantis gemeret sub cladibus orbis.

Ad Dionisiū Epist. II.

TERTIA CAVSSA TANTAE MOLIS/

Videlicet Imperij, est præpotens Religio.

De Religione

TV ergo Pientißime parens, & Lateranensis primæ Ecclesiæ orbis Antistes Max. totiusq; Christianæ Religionis Monarcha: me me audi pro tua clementia; Tibi enim tanq̄ digniori rem ingentem, & incomparabilem. Maximam dotem, Maxime Romæ uidelicet piam Religionem offero quæ ut uniuersi Regina, & prouinciarum Domina assotiata a frugifera pace. Iustitia, tanquam solari splendore, & fide illibata, ac Iustis septa armis in Romana Vrbe iam Re-

*ſedit, Tuq; etiam maieſtate eadem, ad religionis ſummos a-
pices (diuino fauente præſidio) nunc euectus es. Quale
enim ocium tam diuinum quæ diuinitatis ſimilitudo in terra
& aſtris, quàm sācta dei optimi maximiq; Religio diuinarūq;
rerum, & Ceremoniarum ritus? His enim tanq̃ Municipia
ſuperûm (Teſte Apoſtolo) ſumus coadutores altißimi: &
Cœleſtem ſanctorum ſyon, paratam nobis patriam præſti-
gnamus: & ſuper cæteros in omni ſtatu, & ſecta hominū
ſeruatores illius tam digni, tamq; chari fuerunt Deo noſtro
e quibus quamplurimi iam incorrupti penès nos, in pignus
amoris ſedent: donec carnis ſpolium ſuperinduti / æternum
calcabunt ſydera, ingesq; memoriæ, & ingentia facta illo-
rum, paßim mirantur in orbe. Quin & Aborigines, ſolo
naturalis ingēs acumine illuſtres, pro sūma religione tuen-
da grauißima ſunt pericula paßi inter primos namq; Gen-
tilium Heroas / exemplo eſt Monſtrorum domitor Hercules
Iuxta illud Nec te ullæ monſtrorum facies, nec ipſe Typheus
terruit Arduus arma tenens. Hic gigantum Dux ſeſe Alci-
dæ opponens, contra immortales deos pugnat Inuictißimus
Hercules ipſum proſtrauit. Et illius oſſa diffamata carmini-
bus pendet in Ciuitate uidelicet (quæ Tuſcanella uulgo apel-
latur; & à Monte Faliſco per decem milia paſſuum diſtat)
Huius ingētia ſacrilegi oſſa gigātis, in prætorio catena fer-
rea appēſa uiſuntur. Cuius patella genu / ad großitiem meæ
cōmunis ſtaturæ ad großitiem dorſi mei coæquatur uaſtam
ut illius corporis molē agnoſcere ualeas. At infractus ſem-
per; Alcides cum gigantibus, Cœleſtes bello laceſcentibus
pugnans: multisq; ex hoſtibus interemptis: reliquam turbam
Typhœi, & noxiā Deo: usq; Idruntum ualida manu euer-
tendo coegit. Qua in re ut religioſus, maximam adeptus
eſt gloriam. Tūc Iuppiter, uerus genitor, Olympium apel-
lauit. Antæum etiam ingentem, omniparentis terræ filium
anhelitu priuat. Hic enim, & Gigas fuit, qui ferè omnes
Mauritaniæ inferioris oras, & partes Lybiæ ſub dira eius
ditione uaſtando occupat (utq; fertur) Natus ſine patre,
magnæq; matris terræ filius: propter ingētem corporis ma-
gnitudinem: qui & ingens caſtrum conſtrinxerat, cui nomen
Tyngis. Clypeum ex oßibus Elephātum, tāti pōderis inſer-
tabat, quòd multi homines à ſolo ſubleuare non poterant.
(Authore Pomponio Mella) Hic in paleſtra inuitat Alci-*

¶ Sciē.dum, q̃ hæc ſcribuntur de Hercule nō, ut facta Gigantum in mediū afferā (Nam libro proprio. Omnes Triūphi Alcidæ, adiunctis etiam Myſticis Allegorijs ſunt exacti) At, ut piā religionē etiā apud priſcos li[..]uiſſe, appareat.

den, concurrit uterq; fortißimus Heros, tacta terra duplicantur uires Antæo, sapiens tunc Hercules / hoc negocium, plus esse momenti q̃ Hydram excogitat: cui abscisso capite uno, septem pullulabant, magis horrenda ueneno: de quo ingenti labore, hystoriam infra cum Allegoria confecimus. Fortißimus ergo Heros, cum Antæo, per horas sese agẽs, uario motu impellitur uterq;: uastosq; quatit Antæi æger anhelitus artus. Sicq; Antæum fortißimos inter lacertos, ac impauidum, robustißimumq; pectus diu ualido nexu anxit Alcides: donec sanguinis efferuentia, & maxima spiritus uiolentia, uehementiq; pulmonis conatu, spuma ab eodem iecore mistaq; saliua ab ore largo fluxu egreditur, quod signum mortis indicat: ut in suspensis laqueo patet: (Teste Galeno) tunc Doctißimus ac fortißimus Heros. cognoscens ultimos dies terminasse Antæum subiunxit. Huc Antæo sicq; exanimum deiecit ad matrem, tanto impetu: quo pontus, & omnes intremuere undæ. Penitusq; exterrita tellus, totusq; insonuit Aether tam a sonitu uasti cadaueris, q̃ incolarum a plausu: nam (Teste Ouidio) ingentem perimens multitudinem efferus: carnes leonum, quos capiebat uenatu, edebat. Vnde Lucanus sonoro carmine refert in quarto: quòd magna parens terra, non tãtam habuerit gloriam, a Typhone etiã filio, gigãte, Neq; a Tytio, uel Briareo: dequibus, lib. etiam proprio, adiunctis itidem Alegorijs, breuiter diximus: qui etiam inpugnam gigantes fuere aduersus Deos ita, ut ipse solus Antæus Cœlicolas impellendo, in Aegyptum perstinxerit. Neque tantam ostenderunt potentiam filij terræ, quòd similem gloriam magnæ terræ afferrent, quantam Antæus attulit: quem sacrilegum pius Hercules, meritò extinxit. De Antæo igitur, & complicibus / potest illud genefeos afferri Gigantes erãt super terram Viri famosi scilicet in malo: ut Theologi referũt. Potentes a seculo (non a deo) & propter eorum insipientiam, durißimamq; Tyrannidem, non eos elegit dominos. Extincto igitur Antæo: Imperio Herculis maximi, incolæ operuerunt arena: Ingens nempe instar mõtis, erat corpus, quod collis uidebatur inpropria forma Antæi: ut Pomponius in calce operis refert. Vnde Lucanus affirmat cum Seneca. Hunc cruentum laborem uoluntarium fuisse: & spõte, fortißimum, piumq; Herculem perfecisse, ad ingentem honorẽ,

Lib. II. Aphor. 43.

laudemq; suam / perpetuò declarandam. Sicq; per aliquod tempus ibidem moram trahens Alcides, dijs immortalibus, maximum præstitit emolumentum: Signanter in hac memorabili extinctione Antæi.

SEd Paulo altiora referamus: quàm memorabiles qui Cœlestibus obsequium præstant, religionemq; excolunt. Et ne uagando, alia exempla petamus, fortissimum hunc Heroa, ac Religiosum Herculem prosequamur. Hic ultimum laborem complens, tot memorandis semper Triumphis, imparibusq; laboribus exactis, dum uidelicet Cœlum sustinuit. Ne magni Cœlicolæ astellanti solio caderent. Quanq̃ enim hoc sapientes, tam Graij: q̃ Romani finxerint inter Cæteros tamē labores atq; Triumphos, hic tanq̃ finis optimus principatum obtinet, & Iure quidem. Dicito quid excellentius, quidue præstantius quam homini pio tribui, pro Dijs immortalibus pugnare, & pro meritis, sustinere Cœlum? At cōtra quid magis naturæ, ac rationi oppositum: quàm Deo optimo, maximo repugnare? sicut turba Gigātum, alto corde, superboq; supercilio tentare præsumpsit. Anselmus. n. de imagine mundi inquit. Quod audacium hominum tempore. uidelicet Gigantum: ipsi conati sunt Cœlum arripere Numinibus: omnemq; uim, in Thessalia nitentes, Dum ingenti fortitudine, ipsi coaceruarunt montes: inter quos tres maximos unum super alium congessere. Quorum nomina, Olympus: Pelyon: Ossa, tanta horum Altitudo erat, quòd penè Cœlum tangebat. Non turri Babel aßimilis (ut sacra tradit hystoria) Qua in re Dij cum Ioue timentes: uarias induere formas. Quibus etiam prisca gentilitas, sub peregrinis, ac similibus formis, diuinos cultus (quanq̃ erroneos) exhibebat. At magnus Iuppiter cū cæteris, uersus occidentem se recepit: ubi sapiētißimus Gigas, uidelicet Atlas Mauritaniæ Rex, & Astronomorum maximus Imperabat ibi etiam Doctißimus, fortißimusq; Hercules, Astronomiæ uacabat. Nam spheram (qua & nos Latini utimur) Atlas ipse sydrum peritißimus, inuenit, quàm etiam magnum Herculem edocuit. Ergo hij Ambo Heroas maximi, subtili indagine agnoscētes Deos in illa parte Cœli fuisse redactos, sub illo Zenit, seu puncto ubi trementes residebant: Amboq; titubantes ne

tubantes ne ob pondus excedens Cœli Regia caderet: inquit ipse Anselmus: quòd pij sponte ierunt fortißimosq; humeros Cœlo supponentes, diuq; sustinuere, ne cum Dijs caderet: qui doctor, & sanctus, etiam scribit. Atlantē Dijs Immortalibus in occidente ad eorum libitum, ultro famulasse. Hic Herculem rogat ut armum Cœlo subinutat, quousq; proprium tanta mole grauatum mutet, aliumq; supponat. Extemplò pius, ac robustißimus Alcides appropinquans, proprium infatigabilemq; offert humerum, ac Cœlum nutans sustinet: quo illustri labore maximum honorem euenturum, Cœlum uidelicet sustinuisse agnoscebat: oportunoq; tempore tantum obsequium supremo patri, reliquisq; Cælicolis præstitisse. Quia in re cæteri labores memorabiles fuere, hic inter omnes, magis honoratus semper: sicq; Cœlum sustinet intrepidus quàm diu Atlas, ingenti manu, riuos sudoris nigrantes a latißima fronte, detergit. Pacatoq; anhelitu iterata uice alterum supposuit armum. Alij etiam scribentes asserunt (& uera ferunt) Atlantem fuisse Gigātem (ut tulimus) Herculem uero minimè, sed eo minorem corpore, Alcidesq; non ualens armo attingere Cœlum, capite deifero sustinuit, tunc enim cōstitit indigitis, robore immotus eodem (sicuti occidius in maiori uolumine uice illius memorat) Hae Cœlum ceruice tuli. Nam & Claudiano teste. Firmius Herculea, Cœlum ceruice pependit. Mysticus etiam Seneca, diram nouercam uidelicet Iunonem acuentem iras memorat, q̄ si labores Herculi desinerent, Cœlum Ioui genitori proprio, subriperet. Caussam indicat, Quia iā quid Cœlum esset, didicerat. Pius igitur Hercules, hoc memorabili exhausto triumpho, in concilio Diuûm summo ab Ioue, Cœterisq; superûm Accolis / annuentibus (dum totum nutu tremefecit Olympum) iterum Olympius est declamatus. Tandem Inclytus Heros, licet in Oeta monte fortißimi corporis dumtaxat sarcinam deposuerit. Potiorem tamen sui partem, in Cœlum referri / etiam inimica Iuno nō uetuit (Nam uirtus intrepida semper emergit) Hāc igitur, & tu prosequere, & uestigia eius adora: quia post cineres Cœlicū & immortalem reddet, Animæ enim, tot Triumphis onustæ in Cœlum relatæ: cum insigni hydra, tot fulgentibus stellis igneis: ac æternis squamis: Hebe nata Iunonis, stabili connubio sociatur. Quæ Dea Iuuentutis dicitur: quia fama, &

primus honos, pij inuictißimiq; Herculis, donec finiatur seculum semper iuuenescet. Non enim segnitiæ immortalitas cõparatur: sed uincẽdo animi paßiones (ut Aemilianus aiebat) & scientijs, ac uirtutibus / honestisq; laboribus, omne æuum conterere, hunc nempe fama perennis sequitur. At supra etiam homines pietate sunt, qui Cœlestia, summo ardore sequẽtes: ritus sacros, cultumq; altißimi tuendo, semper excolunt.

DE RELIGIONEM EXCOLENTIBVS, QVOS SCRIPTVRA SACRA COMMEMORAT.

Nunc etiam consequenter iuuat, sacra coniungere sacris, & cum sanctis utriusq; instrumenti Religionem excolentibus, in floridis, recẽtibusq; diuinarũ literarũ, pratis breui uidelicet methodo conferre gradum. Hic nanq; summi meriti, sempiternus honos, qui etiam teste Philosopho, uirtuti perfectæ debetur. Quos igitur in canone sacro scriptura commemorat, breuiter perstringamus. En priscus Heros, & fidelis domini cultor. Seruatoris figura, & Typus Abel. Nam pastor de pingui grege, & absq; macula, Delectis agniculis, sacrificia Deo offerens: altißimo Imperante Cœlestis flamma descendens, acceptum sacrificium cremabat. Hic utriusq; legis testimonio, iustus appellatur, quia omni uirtute illustris. A germano in agro iuste occiditur, uigil pastor, & pius. Sic Christus dominus, & agnus innocens, Iuge sacrificium seipsum offerẽs, pastor bonus, animã (tam preciosam) pro nobis posuit, Dum iuste crucis uidelicet ligno, a Iudæo fratre cruẽto necatur. Ille in agro sub diuo mactatur, hic extra sacrilegã Hierusalem. Nam extra portã (inquit Apostolus) passus est dominus. Veluti etiã Vacca ruffa nõ pressa Iugo quam extra castra sacrificulus immolat. **Nume. XIX** *Quæ est humanitas Redemptoris: proprio sanguine in salutem humani generis decorata nec pressa iugo, quia excelsior Cœlo est dominus. Sicq; primus ni Abel occiditur. Vnde Euangelica Ales in reuelatione suprema. Hic est agnus qui occisus est ab origine mundi. Nam sanctus Abel tanti fuit (quia cultor Religionis Eximius, ut omnium dominus*

dum in concione declamaret melled uoce ducem in catalogo iustorum ascriberet. Vt ueniat (inquit) super uos, omnis sanctorum cruor, qui effusus est, a sanguine Abel iusti. Quin & hæreditate damnatorum, sanguis tandem meus, super uos, & filios uestros.

SEd quos etiam immortales seruat altißimus / nouo, ac ingẽti auspicio, dicamus. Ecce ille uerus Religionis pater Enoc, *tam sapiens in Domino, ut nedum hostis, uerùm etiam sanctis obsecrationibus orando, primus magnum nomen domini inuocaret. Scito enim priscos homines in Deum credentes, maximo ingenio fuisse præditos. Iccircò paucißimis præceptis seu Legibus indigebant. E quibus* Enoc *deiformis, fuit, qui ita charus Deo extitit, ut modo tam insolito, lætus per aera in paradisum deliciarũ, esset delatus. Sic tot currẽtibus æuis, ne solus degeret, pater ille prophetarum* Elias, *igneo curru sequitur, qui pro Deo nostro, tanta passus: & ingẽtes adeptus uictorias, in Cœlum rapitur: Triumphalemq́; currum, sanctæ intelligẽtiæ trahunt. Si enim Aluanij plaustrum pio amore, & onere partito Vestalium fulgentes, triumphalesq́; currus æquauerit, aut præcesserit (Teste* Valerio*) De hoc quid dicemus? Ambos tulit Dominus, utriusq́; legis cultores (quibus dignus non erat mundus) Hi adhuc pro Domino contra Antichristum pugnantes, occisi multis diebus iacebunt in platea* Hierusalem *intacti uidelicet incorruptibiles, tam ligno uitæ, summa uirtute præditos / & nunc fruuntur quàm uoluntate altißimi: pro quo legitimè certabunt. Deinde uera resurrectione, supra pedes suos stabunt: & uox e Cœlo (audientibus etiam incredulis) fiet. Ascendite huc sicq́; gloriosi ascendent in aera. Modo etiam in amœnißima degunt mansione, ubi suauißima medij temperies. Arbores (pullulantibus gemmis) & floribus, & folijs cum fructibus pariter: omni tempore sunt comatæ. Bonus omnium fragrantium odor, ubiq́; redolens spirat. Cunctis fructibus plurimo sapore refertis, & uitali perẽnis uitæ (ut diximus) pascuntur ligno. Quatuor clari fluuij ingentesq́; totam irrigant paradisum: Aquæ diluuij illuc propter altitudinem non ascenderunt. Et quem Deus in Oriẽte locum plantauerat, pro huiusmodi seruabat uiris. Mirabile*

uisu, si eos aspiceres, aëris in campis latis, tota regione uagantes. Locus enim locatis, est rite conueniens: Extra (ut Adam ante casum) sese exercentes. In mente, semper iubilus. Ore uerò sacrò laudes deo pares soluunt, paresq; respondent, & ueluti iam in Empyreo degentes, tanq̃ uocet Cytharedorum Cytharizantium in cytharis suis. Hos imitatus ueteranus Noe qui cum filijs Deum uerum colens in cæteros imminentem aquarum cladem declamans. Tandem quadragenario Dierum, ac noctium numero (quando undiq; Cœlum, & undiq; pontus erat) omnes aquarum uortice, deleti sunt. Solus cultor altißimi, cum septem animabus euasit: & uniuersæ terræ, ac maris, ac omnium, quæ in eis sunt monarcha creatus est: Abraham illius nepos Deum adorat obediens, & iam septuaginta annis, tam grauis: ab ira Chaldæorum fugiens seruatus, multa diuino Imperio obtulit sacrificia, ita ut proprio nato nec pareeret. Ideo pater gentium, summa fide illustris, declaratus est: quem etiam recumbentem mensæ superûm: cum filio: & nepote Iacob, Christus dominus in Euangelio celebrat. Virgineus Ioseph zelo Dei sui, crimine peßimo fratres incusans, ut Mancipium, e Triremi uenditur, neq; super pium patrem matremq; illachrymantem dura fratrum tanguntur pectora. Haud in Aegyptum delatus, tutus fuit ab hostibus, dum mulier, furiales amoris flammas exercuit, Multumq; latrãte lyciſca, cum improbis incompedibus stringitur, ferrumq; pertransijt insontis animam, sed Dei sapientiam audi. Hæc iustum uinctum, non dereliquit, sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditq; cum illo in foueam. Reuocatus tandem regio cultu decoratur, & princeps Aegypti, summo illustratur Imperio: sieq; seruator uniuersi, ob præuisam inediam appellatur. Eximius Prophetarũ Moses, propter Deum nostrum, spreta filia Pharaonis legali matre, aufugit; & amicus Dei effectus. Alta percußit maria, ubi per singulas tribus, murus ex aquis perstabat immobilis: sexq; cẽtum milia bellatorum dux produxit intrepidus. Cumq; tot mulierum leuitarumq;, ac militum, is esset numerus, nec unius pedem tinxerit aqua. Sublimem sinæ speculam conscendit, Et lege per manum Angeli accepta, cornuta facies (coeuntibus radijs) e diuino consortio cernitur: morituriusq;, tantùm splendebat: ut super illius faciem uelamen ma=

iores Israel ingenti timore, ac summa reuerentia disponerent. Sic Dauid Deo psallens, in Regem Israel (tot uictorijs comitantibus) a Samuele Propheta sanctißimo adhuc puer est unctus. Ac centum quinquaginta Psalmorum serie, quæ sunt: fuerunt: aut futura sint uiro secundum cor suum reuelauit Dominus. Daniel interpres diuûm, aduersus Persarum, Medorumq; Principum Tyrannidem; ter in die patentibus fenestris, flexis poplitibus, tēdensq; palmas orientem uersus. Deum adorabant Hierosolimis. Longißimoq; itinere ab Hierusalem in Babiloniam, omnium munificentißimus, cibum misit Deus. Et inter diros Leones laudantem in lacu seruauit. Socios / crepitantibus flammis, ualatos rore suauißimo obumbrauit, medijsq; incendijs recepit & hostibus. At cum omnis creatura, in potentia sit obediētiali respectu Dei, qui fecit illam (ut grauis Theologorum firmat sententia) Idcirco impotens est ad agendum, ni cooperetur summus Architectus omnium Deus. Ideo tātæ actiuitatis Vulcanus, in Religionem extollētibus minimè exercere ualuit. Quanquam improbos cōsumpserat. Veluti Danieli sanctißimo / & prophanis a ferocibus laniatis, euenit. Idemq; tribus Deo in fornace septemplicìter accensa, in uestigio totius creaturæ, ora soluentibus, munere tam raro accidit. Quàm præsto es Domine, & suauis, omnibus in ueritate confisis, & fiduciam habētibus, & uerè colētibus te.

HIC ITIDEM NOSTRI ADSVNT, SVMMA RELIGIONE PRAESTANTES.

SIC etiam Maiores nostri, uteriq; noui Instrumenti patres (pro quibus, tot fideles nati sunt, per adoptionem filij) qui & si mūdo forte ignobiles, primo tamen Religionis cultu; summa dignitate fuerunt illustres. Hic sacrorum princeps, uidelicet Petrus a Galilæa egenus. Cuius umbra, cunctos sanabat ægrotos. Sic usq; modo Vrbs Aeneadûm, uidelicet Inclyta Roma, sub annulo piscatoris decreta sancit. Hunc Paulus Medicus, comes sequitur. Doctor Cœlicus, qui tanta pro Domino passus, in profundum maris nocte, & die seruatus in undis. Ambo principes orbis, & iudices. Sic Andræas ætherei germanus clauigeri, quōdam Græciæ

doctor, triduo in sublimi cathedra scilicet deifera Cruce, summè ueritatis loco, tam fidem quàm Religionem cunctis patulè ostendens, centenis expletis annis, martirium constanter sustinuit. Sicq; triumphans laureatus, proprios reuisit Cœlicolas: modo ipsius felicia membra, ampla domus, scilicet duplex Ecclesia exornat: Multiplexq; manna a sacro eius corpore longo tractu in crateram auri scaturit, in Ciuitate uidelicet Malfiæ ubi hoc sacrum pignus, quiescit: donec in nouissimis diebus, adhuc mutetur in melius. Sic & publicanus ille Mathæus, in Vrbe Salerno a memorata Vrbe, per nouem miliaria distans, quiescit in domino. Hinc & Bartholomæus, sanguine Regio cretus cathedralē in cellā deportatus Beneuenti ibi felicia ossa quiescunt: quæ ut faces, igne spiritussancti accensæ ab infidelium ossibus secernebantur. Sicq; selecta in nocte fuerunt rutilantia, & ueluti flāmas uomente Pyropo. Quis te magne Ioannes propria hac die, tacitum relinquat? In quo summa refulsit gratia: quondam piscator indoctus. De hinc tam altus uidelicet cacumina Trinitatis conscendens. Vnde uolat Ales sine meta qua nec Vates, nec Propheta, euolauit altius. Vbi uox illa. In principio erat uerbum (uidelicet omnium quæ sunt in essentia Dei declaratiuum) & uerbum erat apud Deum (Hypostasi, seu persona; non essentia a Deo patre distinctum) & Deus erat uerbum quia cum patre, & spiritu sancto, Verbum idem Deus est. Hoc erat in principio apud Deum. Verbum enim a patre æternaliter genitum in instanti Aeternitatis a Deo patre fuit, & erit semper productum dum patris intellectus formaliterq; infinitus; ac sub ratione obiecti summè intelligibilis uidelicet, Dei essentiam semper præsentem infinitæq; substantiæ, & totius perfectionis, interminabile pelagus Damasceno Graiūm eminentissimo Attestante: His enim uidelicet, essentia cum intellectu memoria fœcunda constituitur. Ideo principium formale quo, producendi Verbum, seu filium, a Theologis dicitur: & nos sæpe in libris nostris tetigimus. Pater uerò principium quod est semper generans nominatus. Idcircò, Verbum penès ipsum, in principio, hoc est, ab æterno apud genitorem esse dicitur. Hæc autem omnem creatum intellectum transcēdunt: ni pro quanto Dei clementia uoluit reuelare fidelibus. Nam si Ioānes altius euolasset, Vniuersus orbis simul: capere non po=

tuiſſet. Hæc doctus Plato neſciuit: & eloquens Demoſthenes ignorauit. Hic igitur Ioannes noſter, Deo tam charus, tam ſublimis fuit, ut Imperioſa authoritate Chriſti, in ſummæ reuelationis titulo. Septem Eclesijs Aſiæ orbis partis maxime: a parua Pathmos Inſula (quanq̃ relegatus) mandata ſcripſerit: æternumq; ſeruanda nullis additis: diminutisúe, ſanxerit: Quibus uniuerſalis Orthodoxa fidelium ſignatur Eccleſia. Hic tanto amore inter omnes dilectus fuit: ut uirgo qui paſcitur inter Lilia Chriſtus, Virgini huic, Virginẽ comendarit. Qui tanti fuit, ut eminẽtiſsimi ambigãt Theologi, An Apoſtolus mortalis adhuc uiuat in humanis, An uera reſurrectione eum totius ueritatis preceptore Diſcipulus ſedeat in excellis. Hæc de ipſo hodie ſua ſolemnitate exaramus: qua natalem Domini comitando illuſtrat. Idcircò, Vtrumq; diem ſemper memoratum habebo. At ſi de omnibus dilectis a Domino proſequi uoluerimus uidelicet, de colentibus Deum noſtrum: Religionemq; ſeruantibus, Ante diem clauſo componet ueſper Olympo. Si enim eorum Sarchophaga, tantum illuſtrantur in terris. Quid de illorum animabus? & quando in utroq; homine fulgebunt in Cœlo? Vnde Propheta regius Cythara aurata perſonans, admiratus, inquit. Nimis honorati ſunt amici tui Deus: Nimis cõfortatus eſt principatus eorum. Si ergo armorum Duces, tot bellis iam exhauſtis terra, mariq;: tãtis honoribus, & triumphis fuerunt Illuſtres, & Pyramides, & Triumphales currus. Arcusq; aurati, & ſolido marmore, æreq; perpetuo, effigies cernantur a poſteris. ad incitamentum etiam eorum, & ingentibus ſapientum libris: ueluti monimentis, in mentibus hominum immortales redduntur (Sic etiam ſapientes uiri, qui ipſis belligeris præſunt. Dicente Deo in Salomone: Melior eſt ſapientia quàm arma bellica) quia ſpiritu eſt intelligentia uiuunt, licet quandoq; non corporeo robore uigeant. Et ni ita eſſet, Hydra lernæa, Dracones, Tigres, Vrſi, Leones, hominibus præſtantiores eſſent. At diſcurſus, & ratio, propria Dei noſtri munera ſunt, quibus nos illuſtrati a ferocibus ſegregamur, & eis dominamur: ut illa tanq̃ Opificis primi ueſtigia, ſub pedibus noſtris, Imperante primo intelligibili ſapientiſsimo ſubijciamus. Nam Deo qui ſpiritus eſt, magis aſsimiles: & ſecundum perfectionem primam ſcilicet, intellectualitatem de intrinſica ra

Prouerb. XXXI.

tione sūmæ intelligibilis Dei, uiciniores: quorum sunt partes, diuino fungi officio scilicet, inferiora gubernare. Diuināq; recte tenere, & in hac regione mortalium cuncta moderari. Secundum Philosophos, & magis optimo intelligibili acceptabiles. Quemadmodum ut diximus, Astra inter corporea mole pressa, magis splendida, & eis altiora cernuntur. Quid ergo de Religione, & cultu summi boni referam? Qui dominus dominorum est (& omnibus benefaciens, & omnia percurrens, perstat immobilis) & hæredi uniuersorum filio, tanq̄ homini omne Ius dedit, & in femore eius scriptum est. Rex regum, & dominus dominantium (pacatūq; regit patrijs uirtutibus orbem) Qui etiam dat sapientiam affluentur petentibus illam. Et uniuersa in se ipso, & per ipsum cognoscit quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur, & unico actu infinito, cuncta scrutatur, & sapientiæ eius non est finis, neq; numerus: apud quem omnes scientiæ, & sapientiæ Thesauri, condūtur. Qui omnia in sapientia numero / mensura, & pondere fecit: & simili imagine cuncta Ideata, dum dixit idest efficaciter uoluit in esse reali, extempore creauit, ex nihilo. Sicq; eadem austeritate gubernans, mētes inuisibili rorat illapsu. Si etiam de spiritu ad imaginem ipsius conditoris creato, scilicet rationali anima, quasi diuina mente, tam ratione uiriq; nobilitate subiecti, est bonorum honorabilium scientia. An cognitio diuinorum erit præstantior (quanq̄ etiam minima) quia certissima, æterna, & optima tam penès Philosophos quàm sublimiores etiam Theologos? Sed præcipuè, & iure quidem: de prima omnium rerum caussa: quæ est finis creaturarum ratione carentium. Finalis uero caussa a Theologis dicitur, dum intellectione, ac fruitione uidelicet ratione utētibus. Vt Angeli, hominesq; in qua, sine fine gaudebunt. In hoc enim sempiterno bono, sapientes omnia uiderunt, & diuino spiritu, supra homines scripsere, & cæteros monendo, uera dixerunt. In quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur: ut docet Apostolus. Sic ergo Deus noster summo Religionis honore, filiali timore, summaq; adoratione, super omnia colendus. Hic solus est trinus in personis: & unus, atq; indiuisus in essentia, radicitus infinita. Hunc tanq̄ omnium repertorem. Abyssus: Tartaraq; torrentes flammei: Terra: Maria: Cœlum: & quæ in eis sunt, pauent: &

pauent: & Angeli trementes adorant: ac nutibus, & linguis attollunt. Quæ omnia: tria etiam testimonia (in quibus stat omne uerum) testātur scilicet, Creatura: Homo: scriptura. Ille enim, cui hominum, diuūmq; æterna Potestas: quem ut in medium tulimus: trinum, & unum, fateri Christiana mandat religio. Creaturæ, cui similitudinem sui dederat, maxima innotescere uoluit, uidelicet, de infernis: terrenis: & Cœlestibus: quæ res curuatis genibus cernūtur subditæ Deo nostro: ut inquit Doctor Cœlicus. Cui tanq̄ præpetibus pēnis, & felicibus auspicijs, ad tertium Cœlum eleuato, Ingens uox Iesu, aut Hæbraice Iesuac insonuit: qui ut præpotens omnium creator, ita pius electorum Redemptor, ac uigilantißimus seruator fidelium: utq; homo, utq; Deus. Ac etiam ut homo, a primo instanti conceptionis in uentre Deiparæ uirginis, omnia sciuit, omniaq; uidit in essentia uerbi: cui iuncta, ac insita est humanitas, nō comixtione, sed personalitate diuina, in unitate suppositi: Sicq; etiam scientiam omnium factorum, faciēdorumq;, in genere proprio. Plusq̄ Adam (qui omnibus, secundum proprietates nomina dedit) ita ut maior sapiētia, uel gloria, minimè creari posset (licet coæqualis, ut nostri in tertio sentētiarum, asserunt Theologi) Maiorem diximus non posse fieri: quia non est factibilis (quum obiectum omnipotentiæ sit ens poßibile, & cōtingens: ut Primo sentētiarum luce clarius patet: tota enim impoßibilitas ex parte creaturæ est: quia repugnat effectui. Et omnia quæ fecerat, etiam exemplo adiscere uoluit, & experimēto firmare: sicq; ætate proficere: ut ea sancta redderet. Quin & suos, detrahendo ab inferis spoliaret tartara. Nam omnia inferiora terræ, secundum Apostolum / penetrauit. An non etiam profunda abyßi reuisit, quando draconem scilicet, Sathan ligauit mille armis? (idest usq; ad præfinitum tempus inquit Augustinus, & lōgo sermone exposuimus, ut Apocalipsis ipsa testatur) Hæc non in sanguine testamenti sui, scilicet noui, & æterni (ultra quod aliud non est dādum) eduxit suos de lacu, ubi non erat aqua ut Zacharias Vates, longe ante, in spiritu sancto uiderat. Hæc sunt quæ Orthodoxa, & prima omniū fides quæ nunq̄ a tramite Apostolico discedit, Religione perpetua, de domino Iesu ostendit, & mādat: qui cum patre, & spiritu sancto, tota mente, ac omnibus uiribus, honore latriæ adorādus est.

Istis ergo præmissis, luce clarius apparet, quid Maiores nostræ fidei deceat, ut exhortatione quãquàm minima, ad tam iustum, tanq; sanctum prorumpant certamen, ut Christi fidem, sedesq; fidelium, ac ingẽtia regna, iam iam nobis credita acquirant: recuperataq; seruent. E quibus, præstantia arma: Deiformis Altißimi donum uidelicet Sapientia, Diuaq; Religio media sunt ad tam supremum in terris bonum consequendum. His nempe non solum huius uitæ, Verùm etiam æternæ, immortalitas comparatur. Vt enim sapere sic Religionem colere, regale quid prisci ducebant. Testis est Max. Roma. Et sacerdotio præditi, Remp. Religionis authoritate rexerunt: nõ humiles, aut obscuri, at clari, & præstantes uiri semper fuerunt. Tum quispiam posset afferre in medium. Cur ista cum Regibus, & Christianorum Principibus Antistes maxime confers? Humili nempe Camæna exacta. Nam Hystoriæ sunt humanæ primum: digresiones Philosophicæ illis contextæ quibus itidem allegoriæ, diuinarumq; rerum (Series Longiuscula) paßim tanq̃ finis optimus nostris in codicillis inseruntur.

EXCVSATIO IN TANTA RERVM SERIE, VBI INGENTIA PRINCIPVM, HVMILIBVS COMPONVNTVR LIBELLIS.

AT scio, neq; Graiũm, neq; Romanorum, usq̃ inuẽtus: qui omnia tractare ualuerit. Nemo quidem hoc impoßibile, attentauit. Sic Romuleæ gentis, externarumq; gẽtium scriptor Illustris Valerius, ad Tiberiũ Cæsarem ait. **In Proæm.** *Nec mihi cuncta complectendi cupido incesit. Sic optimus Vatum in Georgicis. Non ego cuncta meis, amplecti uersibus opto. Legimus tamen multa, summæ subtilitatis, rerum, dictorumq; tenebris præssa: quæ tamen ignota, aut dubia ingenijs etiam eminentioribus facta fuisse. Alia quidem ita uulgo diffamata in lucem, ut fastidio sint legentibus. Quis ergo rebus tam uetustis (ut tempore Mosi, Gabaonitis) nouam uestem dare, & nouitati, maiestatem tribuere ualebit? Veluti opacæ lunæ splendorem, atris obscurisq; rebus nitorem, & dubijs rebus lucidam fidem / æquisuè partibus maritare mundum, quid pulchri, decoriq; conueniat. Sci-*

mus enim quòd non proprijs humeris prouinciam ſumpſerimus æquam. Idcircò profitemur, *ſicut cæteris*, Ita & *noſtris uoluminibus, multa addi poſſe*. Nam *ſicuti operis pẽdente titulo, multi ſcripſere libros*: Veluti Apelles *faciebat, aut* Polycletus, *tanq̃ ſemper inchoata, & imperfecta: contra* Iudiciorum *uarietates, ut poſſet eſſe artificis regreſſus ad ueniam. Componendi enim libros* (Teſte Maximo Salomone) *non eſt finis. Scribimus indocti, doctiq; poemata paßim, inquit* Oratius. *Sic in prologo* Bibliæ, & Hieronymus, Neq; *compar arbitror* Theofraſto *fieri: qui eloquentia tantum præualuit, ut diuinum nomen inuenerit*. Quilibet *enim adorari anhelat: quanq̃ minimas, inutilesq; muſcas uenando aſtu proprio (ut* Domitianus*) inſequatur*. Exemplo *eſt* Appion *grammaticus, qui ita ſe extollebat in codicillis, quos ediderat, q.* Tiberius *cæſar, cymbalum mũdi uocitabat: quia immortalitati eorum, ſeſe donabat. Sed neq; (cum Apoſtolo) me ipſum iudico. Lites non quæro, niſi poſt mortem*. Et *cum mortuis niſi laruas luctari cognouimus*. Interea, *Critici bilingues*, Veluti *canes inferæ latrent inter umbras*.

Tibi *uero fidißime* Maximeq; Paſtor, Iuſtitiam *(quæ ut lucifer: uel* Heſperus *micat)* Religionem, *modeſtiam (omnium uirtutum decus) pietatem, ac literarum* Maieſtatem, *ex* Scrinio *noſtræ paruitatis offero*, Vt *ſana, atq; ſalubria mẽte, uniuerſoq;* Reipublicæ *myſtico corpori*. Nam *hominibus ægrotis* Reubarbarum *eſt tanti, ut naturales noſtri eſſe autumant, uitamq;* Hepatis *aſſerant*. Quod *tamen gracilem* Nardi *ſpicam, non abhorrere imò auxilio eſſe paßim cognouimus*. Adamas (*Teſte Plinio*) Vbi *de gemmis agitur, dicitur quaſi indomita, apud Græcos: illa enim inuicta uis, duarum uiolentißimæ naturæ rerum, ferri, Ignisq; contemptrix, hircino ſanguine, recẽti q;, ac calido macerata*. Quis *enim ſapientißime pater, hoc arcanum inuenit? quæue ratio, ad hoc aſcẽdit, ut durum inter mineralia: a molli cruore tam citò frangatur? quòd niſi experimento, hoc probatum fuiſſet*, Philoſophi *cũ* Theologis, *minimè aſſentirẽtur*. Dum Baculus *tam inualidus, in aqua poſitus fractus iudicetur a ſenſu*. Potior *tamen pars, ac certior uidelicet*, Intellectiua: *econtrario rectum* Iudicium *præſtet*: Vili *tamen liquore animalis*, Adamas *partitur in fruſta*. Quem *tamen*

Lib. xxxVII Cap. IIII.

lia solidum (Vt signum petam) cum fragili berillo / in pe-
ctore Antistitis almi, cum splendenti Carbunculo, aut Py-
ropo flammas uomente, & cæteris etiam gemmis: omnium
dator rerum, sociari mandauit. Sic etiam liceat tua Ingen-
tia: & fortia regum: præclaraq; facinora: nostris compo-
nere paruis. Si preciosa habita fuerunt, opere barbarico,
sed diuino Imperio, antiquæ Cedrorum tabulæ (non timen-
tes cariem) Argẽtum: Aurum, & cætera huiusmodi, quæ
nec sensu, neq; ratione uigebunt, ea tamen sapiẽtißimus om-
nium Regum Salomon Dei templo dicauit. Idem etiam ope-
re in tanto, cui non erat simile in uniuersis regnis: ditißi-
mus super crœsum: filium uiduæ collegã habere dignatus est.
Sic quæ nos tantilli, & tanq̃ purgamenta in domo altißimi,
tibi dicamus templo uiuo, sacroq; Dei uiuentis in æternum.
Tu etiam, tu qui incomparabilem Basilicam Cœlestis clauigeri,
augebis in dies, ac Illustrabis. Non inferiora secutus, alter
Darius, Persarum, Medorumq; Imperator Inclytus, qui
de ærario proprio, sacris instaurauit templum Dei Ieroso-
limis. Macte noua uirtute pater, sic itur ad astra. Sicq; uo-
lente Seruatore Christo (cuius uices geris, & cui tanta ab
Zorobobel. eo permissa potestas) Imitator ego sim Theologi Zorobo-
Eccli.II. bel doctißimi. Qua in re ipsum Ecclesiasticum audiamus.
Ciuitas parua, & pauci in ea uiri: Venit contra eam rex
magnus, & uallauit eam (sequitur) Inuentus est Vir pau-
per, & sapiens in ea: & liberauit Vrbem sapientia sua.
Ipsa enim humanarum diuinarumq; rerum cognitionem,
elargitur. Inferiorum operationem præstat: & tandem in
summum ardorem Cœlestium euehit. Et qui ea bene usi fue-
rint, amicitiam summi parentis Dei habebũt in æuum. Ip-
sa enim sapientia clara est, & nunq̃ marcescit, ut prouer-
biorum. VI. idem testatur Salomon. Hæc sunt quæ nos de-
cet in præsentia sermone profari. Sapientißime patrum.
Vade age, & ingentem factis fer ad æthera Romam. Nos
uerò summam propositi exequentes, in nomine entis primi
Colligamus carbasa in tam gurgite uasto uidelicet Scriptu-
rarũ Atq; equidem extremo ni iam sub fine laborem uela
traham, & terris festinem aduertere proram. Sicq; nostro-
rum uoluminum Cymbam pellamus in portum scopulis hæ-
resum superatis, quas pro parte Triumpho in illo inuictis-
simi Herculis tetigimus fixis ab eo in occidente columnis

(Sicut pater liber in extremis Aegipti oris) ubi diffamatum fuit illud elogium. Plus ultra uidelicet non licere, quàm illa, quæ Ambæ columnæ immobiles super firmam petram, scilicet Christum dominum, in occidente firmarunt. Dicente domino, Nolite trāsgredi terminos quos posuerūt patres uestri, & qui ultra prolapsus fuerit, ut audax, & efrons: ruet in præceps: & tandem in desperationis baratrū delatusq; inter syrtes inferni, æternum patietur naufragium. Nam edidicit simulare fidem sensusq; minaces Protegere: & blando fraudem prætexere uultu. Plenus sæuitiæ, lucriq; cupidine feruens. Hunc inuisum superis rapidus absorbet uortex: Scylla, Vastaq; Charybdis uoluens, sempiterna stigia palus cinget, & iam terra negat sedem, sedem negat ossibus unda. Nam schirone peior. At Apostolorum sanam & a Cœlo demissam Doctrinā, Antistites summi, & Romanorum Pont. Max. imitātes, pro suprema Christi Iesu Lege tuenda q̄ plurima Concilia congregarunt: & sacras Synodos, sanctorū sapientumq;, ad bene, religioseq; uiuēdum: & ad infelix lolium, totq; hæresum pullulantium prauitatem extirpandam statuerunt. Nemoq; compos mentis est, qui ambigat, nemo qui cōcilium celebrandum, seu celebratum respuat.

DE CONCILIO, ADVERSVS INTRINSECOS Fidei hostes celebrando, qui ut caries corrodunt Ecclesiam, quos Doctorum Maiestas damnat.

SED fortasse secundum imminentem in hostes necessitatem congregationem sapientum patrum cogere ad huiusmodi supremum negocium exequendum esset per utile. Belligeros uero arma parare: in Orthodoxæ fidei hostes. Cum iam iterum uideā in medio classes æratas: Actia bella cernere erit: totūq; instructo Marte uidebis feruere Leucaten: auroq; affulgere fluctus. Iam Nauticus exoritur uario certamine clamor, & sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna uocare. Nam in excidium nostrorū caninos dentes, minātesq; uultus ostētant. Ideo referam quæ pater ipse Latinus obsidētibus Troianis Vrbem Laurentum intulit. Ante equidem summa de re uidelicet o Latini: & uellem: & fuerat melius non tem-

pore tali cogere Concilium cùm muros obsidet hostis: & Audentem Turnum Audite. Imo ait, o Ciues arrepto tempore Turnus, cogite Concilium: & pacem laudate sedentes (q. d. o negligentes, recolite, q̃ serò sensere Phryges) Illi armis in regna ruunt: & illud Hostis habet muros. Vos igitur Principes optimi, cladem hanc praeuenite, ne illisa naui poeniteat non curasse futura.

Sed dices (scio) Germani iam indixere inducias. Iam uocibus exaggerant de celebrando Concilio sed hoc paruo, aut nullo discrimine refert, & eadem authoritate reijcitur: quae probatur tanq; explosa sententia imprompto equidem caussa est, parti enim in totum corpus Mysticum pugnare haud licet. At memorent Attauos eorum fuisse Christianißimos, & quātò maior ora Germanorum, tantò amplior claßis fidelium fuit ut Germaniam, Heu Nutricem sponsae Christi non sine ratione dixerim. Dum Armis, Sapientia, Religione, uotis seruauerint. At fatale Imperium (Danielis testimonio) ferreum omnia domās uidelicet Romanorum in septem electorum numero (quo complentur omnia quae sub Sole decurrunt) In illis dico pro meritis: tam illustribus, q̃ Pontificijs pectoribus pertinaci animo, pacatum sederit. Et iam tot uoluētibus aeuis, ferro, scientia, consilijs illibata fide, hactenus tuentibus, & post Deum Optimum Maximū, meritò excolentibus illud. Quae nam uos tanta fortuna indigna Germanos, Latinos Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos? Quanq; enim modò plurimi exiſtāt literis, & uirtutibus praediti. Nihilominus cogere concionem uniuersalem fidelium: ad sacram Synodum, attinet: uidelicet, ad sūmum Pontificem, & Romanos praesules unà cum Sereniß. Imperatore, & Sacratis Regibus, Principibusq;, & Ecclesiasticis etiam Viris sanctionem habere: & quo tempore, & loco, tale tantumq; opus, sit exequendum: ut hactenus moris fuit, penes priscos, patresq; pios diligenti cura peractum. Est enim de summis rebus agere, uidelicet, de alma fide, & animarum salute, Dicente Domino. Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animae uero suae detrimentum patiatur. Aut quam comutationem dabit homo pro anima sua? Quam ipse Seruator acquisiuit sanguinis proprij ingenti commertio, & cum de immortalitate ipsius animae ageret, quam hactenus nec potuerunt sapientißimi

homines, Teste Augustino, cum Scoto in. IIII. Sen. Idem Dominus declarauit. Nolite inquit timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Timete autē illum, qui habet potestatem mittendi eam in Gehēnam. Alij etiam ex eis dantes inania uerba, & sine mente sonum: sese iactantes extollant: q̧ tantæ capacitatis sint Viri, quòd iam totum biberit Germania Tibrim uidelicet, q̧ omnem sapientiam Romanam hauserit. Quòd Vix credendum: Cum tamen de rebus Philosophicis præcipuè altis speculationibus (quæ ad sapientem pertinent) Theologicisq; libris, ac sacris itidem Doctoribus Vix de ipsis / mente tantillum teneāt, uel credant. Cum dicat Apostolus / quem sic scribentem etiā de Doctoribus audiamus. Aliosquidem dedit esse Apostolos, alios Prophetas / alios uero Euangelistas, & Doctores, atq; Pastores: & omnes in Mynisterium cōsumationis, seu perfectionis, corporis Ecclesiæ. Doctores enim quos Romana probat Ecclesia / tanq̄ columnæ aureæ, probatißimi metalli, & charitate fulgentis, super bases argenteas (Salomonis Testimonio) uidelicet utriusq; instrumenti firmati sunt sine rubigine falsi. quæ Instrumento a summo uero, pro salute hominum elargita fuerūt. Hæc duo Cherubin, super Archam Domini uidelicet, Ecclesiam, sese respicientia, quia conformia, eadem indicant. Vt libro de Maiestate scientiarum latius diximus. An ingens columna Diuus ille Hieronymus? quam tamen critici ut canes, malignis dentibus, nec mordere potuerunt. His enim maledictis / occalluit: ita ut cogatur canes appellare, dum in frontispicio Iob ait. Audiunt inquit canes mei, & cui adhuc canū latratus sæuit in auras. De quo beatus Augustinus ait. Sanctus Hieronymus presbiter: Græco: Latino: Hebræo eloquio eruditus: in locis sanctis / atq; literis sacris usq; ad decrepitam uixit ætatem. Cuius uobis eloquij Lampas ab oriente in occidentem, ad instar Solis / resplenduit. Obijt autem expletis nonaginta octo annis, & mensibus sex. Tandem Ecclesiæ Dei, & Reip. fidelium: uerus semper Augustus, cunctis debellatis hostibus, tot spolijs meritorum onustus, ab oriente Triumphaturus, rediens Romam unde exierat (reddito spiritu Deo suo in promißionis terra qui fecerat illum) in alma Vrbe, trophæa suspendit. Sicq; donec finiatur seculum Multa Virum meritis sustentat fama Trophæis.

Sic ille pater Theologātium Augustinus, & hæreticorum malleus asper Vix numerabilia condens uolumina / sedulo cum repugnantibus Ecclesiæ, & uerissimæ luci Christo, nova prælia miscebat. Sicq; ingenti uirtute illustratus ab alto, errores, ac latebras eliminando, dilucidè propalabat. Et quis tacitum relinquet Cœleste uolumen de Trinitate reuelatum, ac membranis exaratum, penès patens litus latij nostri non longe à coryto, quōdam prima Troianorum sede? In hoc enim est pelagus infinitæ substantiæ Damasceno teste uerissimo, quæ supra omne ens limitatum, & extra omne prædicamētum, ponitur eminentissima, & super substantialitas ab Areopagita nostro, sic dicta. Ibi emanationes Diuinæ, antea opertæ, luce clarius patefactæ, & reclusæ fuerūt. Quæ uerba, sacrosancta Ecclesia, in principio Decretalium Authore Gregorio nono, Antistite supremo, ac sapientissimo / summa maiestate decorat. Et Petrum lombardum, scilicet magistrum sententiarum eminentissimum / comprobat, & Abbatem Ioachim, in hoc excludendo damnat. Qui abbas essentiam Dei tanq̄ rem seu substātiam quartam, a personis diuinis diuisam asserit. At non est sic. Sed ipsa diuina essentia incommutabilis, & indiuisa, ipsa eadem singularissima est in tribus, & ex ipsa, & propritatibus hypostaticis, seu personalibus constituūtur personæ diuinæ, qui est unus Deus. Hanc summam sepientiam. Diui Augustini de Trinitate, passim imitatur Scotus: & plusq̄ Heraclitus scotinos, idest, tenebricosius ipse censendus. In cuius uoluminibus, præcipuus tamen est ille primus sententiarum liber qui de unitate Dei, & Trinitate personarum, ac perfectionibus diuinis, super altissimo Cœlorum montes uolitauit doctor subtilis quem totum legimus, & Deo porrigente manum. Ferè omnes illius codices his digitis commentauimus. Et si homines ingenio præditi tales lucubrationes, aliorumq; Doctorum intelligerent, ut diui Thomæ / Deiformisq; Bonauēturæ, Egidij Romani, Sancti Aquinatis Zelatoris maximi, quamplures ambiguitates, hæresesq; in dies non scaturirent. Sed euenit Christianis in extremis regionibus occidentis degentibus: quemadmodum etiam orientalibus oris contigit: Qui omissis eorum Doctoribus Sanctis sicuti erant Basilius, Chrisostomus, Damassenus, Eusebius, Cytillus, Gregorius, Nazanzenes, diui Hieronymi in

sacris literis

Sacris literis Præceptor eximius: ab his ergo sapientibus alieni, in multos inciderunt errores, præcipue dum ab Ecclesia Romana, se abdicarunt, ut de confeßione. Quæ cum sit de Iure Diuino / etiam summus Pontifex confiteri tenetur. Nam teste Apostolo, & ipse circundatus est infirmitate, Ideo tenetur sicut pro populo, fidelium sibi commisso, ita & pro se ipso, apud altißimum gratas preces fundere. Nam si de positiuo hominum Iure esset: fortasse non teneretur crediderim. Iuxta illud. Par in parem, non habet Imperium sic etiam de cõsecratione in azimis: nõ sic usus fuit Christus summus Sacerdos in æternum: sed dum essent dies azimorum, ipse etiam in azimis consecrauit. Et qui in mẽsa comedebat cum Apostolis, & bibebat: in forma naturali, quia uideri poterat, & amplexari: Idẽmet erat sub forma sacramentali sub accidentibus panis, & uini. De huiusmodi difficultatibus taceo, quas diligẽs Theologus, a septima usq; ad tertiam decimam distinctionem inclusiue uidere poterit. Et nos legendo has profunditates, optimarum scilicet gratiarum Eucharistiæ, tres menses expendimus. Græci etiam addunt fabulando in Mica, corpus adiacens frusto accepto, esse quod Virginis matris, corpus nominant Sic de Baptismate. cum Ecclesia Verbis Christi utatur. Euntes Baptizate in nomine patris, & filij, & spiritus sãcti. Ipsi uero aiunt. Baptizetur seruus Christi. Et quod magis refert de spiritu sancto sic dicunt quod spiritus sancti procedens a patre solo, quiescit in filio. Vnde tantum errorem eliminat Scotus, in primo sententiarum probans, q. quando est idem principium in uno, & Idẽmet principium est in alio: & nõ dum est terminus cõpletus, & adæquatus, si unum spirat etiam & reliquum. Sed uoluntas fœcunda / scilicet essentia diuina, & diuina uoluntas (quod est principium) formale quo, spirandi actiue cum sit in patre, & Idẽmet in filio: si pater spirat, & filius spirat, Ambæ personæ spirantes: nõ tamen pater, & filius sunt duo spiratores, quia principium formale quo spirant, numerari non potest. Ecclesia ergo Romana, quæ nunq̃ a tramite Apostolico recessit, quæ ualet omnes iudicare, & non iudicari, & in omnibus dubijs recurrendum est ad eam tanq̃ ad magistram semper supremam, ad hunc errorem tollendum, substantiam fidei tangentem, considẽter cãtat de spiritusancto. Qui ex patre, filioq; pro

In quar. sen. Distin. XVII.

Distin. X.

L

cedit. Dicamus igitur quòd pari modo extremi Occidentis a sacris Doctoribus, & Orthodoxæ institutis recesserunt in errorem, & multiplices, uariasq; opiniones quæ ad rem bonam non pertinent, prolapsi sunt. De his suffragãte Domino, sequenti uolumine, ubi de Concilio, agendum erit Latius legenti occurret. Hæc improuise tetigimus, ut qui sani capitis est, intelligat, quàm fœcundæ, & exuberantis Mineruæ, sint Doctores: præcipue, quos Ecclesia probat. Sicuti de Diuo Hieronymo, & Augustino in medium tulimus: & quanta pro fide tuenda, passi sint discrimina his adde comitem Ambrosium, Doctorem grauissimum, dum Ecclesia adhuc paruula in canticis canticorum, ubera lactãdi non habebat, ut tot, tantosq; nuper natos in Christo, ipsa tanq̃ prudentissima parens edoceret, donec post Apostolos, tot se uoluentibus rotis, impetu paracleti, Euangelistarum Misterium si Ezechiel Vaticinator, & maximus diuinorũ Interpres descripserit, Paulum etiam addidit summa Christi clementia. Deinde Dionisium, qui pendens ab ore Pauli edocentis, tria clarissima scripsit uolumina: ut cõmunis tenet opinio, uidelicet de mystica Philosophia: De Cœlesti Hyerarchia, Diuinisq; nominibus. Quanq̃ hoc ultimum quidam asserũt, anteq̃ Paulum agnosceret, composuisse uolumen. His ergo primis Christi Apostolis, & Euangelistis inquibus locutus est Christus Dominus, in quo sunt omnes Thesauri scientiæ, & sapientiæ Dei patris summi: fidelium Doctores accesserũt. Orthodoxæ Ecclesiæ tribulos, & zizania extirpantes ab agro Domini, ut frugifera messis accepta, recipienda esset in horrea Domini Sabaoth. Hos rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros, prudentissima parens Ecclesia: ut de ueterano Ambrosio hic diximus qui in antiqua Vrbe Mediolano tot labores subijt: dum adhuc Manicheus sæuiebat Augustinus, in Antistitem, & proba proba uociferat, adhuc ignorans illud Apostoli testantis quòd fides est substantia (omnia sustinens) sperãdarum rerum, argumentum non apparentium. Ambrosius econtra ut grauis Entellus, constans in digitis, complexus in nodum ut alter Alcides Cacum, spirantem naribus ignem, & dira contra Christum omnium seruatorem, uomentem, aiebat. Crede crede tandem irradiante spiritusancto, cognouit Augustinus uerba senis Ambrosij, esse tanq̃ Cœlestia Dei ora=

cula : & eleuata uoce ad superos humiliter, acclamauit. Credo omnia quæ dicis, Ambrosi. Tunc pius Antistes, tendens ad sydera palmas, ingẽtem uocem extulit uersus Olympum, ad eum, qui fecit illum, & omnia, quæ sub eius continentur ambitu dicens. Te Deum laudamus. E contra Augustinus extemplo Doctor archanorum Dei effectus, retulit. Te Dominum confitemur. Sicq; Duces, ac uulgi astante corona, talia inquàm Dei audientes præconia, e solo eleuarunt utrunq;, & ad prægrandem Ecclesiam Metropolim detulerunt. Ambo uero uicißim, uocibus magnalia altißimi referebãt uidebãtur serius Dei nostri similes, in fornace septempliciter accensa psallentibus, quibus quartus eis comes apparuit, aspectu mirabilis, quia filio Dei similis. Sic pari modo in medio illorum ambulabat, & cum sanctis, Doctoribus conferebat gradum. Illi uerò adhuc domos luteas habitantes (ũt Iob totius patientiæ exemplar fulgidum inquit) uitam Sanctorum qui in Cœlo, coram Deo, & Agno degunt, præsignabant: scilicet Cytharedorum Cytharizãtium in Cytharis suis, ut Ioannes memorat. Hos etiam Imitatus ille Mysticus Doctor Gregorius, Romana sobole ingenuus, & dignitate Pontificea summus. Cuius Doctrinam, Sanctorumq; morum instructionem, sacrosancta ardentißimè cernit Ecclesia. Sicq; Gottorum rabie laceßitus, ut fatigatum tæderet ipsum uiuere (sicut de se referebat Apostolus) Tãdem uita functus in Domino. Sicq; etiam in ipsum sæuiunt latrantes Critici: licet ipse immortalitate subnixus lætetur, rideatq; sui ludibria trunci. Et e multis illud referre sit satis, q; dum inuidi (ut nunc quidam) illius libros quanq̃ santißimos comburere uellent. Beatus ac Doctißimus Petrus, tãti præceptoris alumnus, quo potuit prohibuit, asserens q; dum talia monimenta componeret, Spiritum sanctum sub specie columbæ, super eum sedere uiderit. Tandem Diuino nutu ingens opus uidelicet super Iob Moralium, sacrilegæ manus non conbusserunt.

CONTRA EFRONTES QVI IN SANCTOS INSANIVNT, SCRIPTVRASQVE MALE REPREHENDVNT.

SEd modo plus insaniunt quidam, qui tamtũmodo leuia quædam / aut minima curant, & egestiones muscarum colligunt. Et tanq̃ scarabei (ut cum stomacho loquar) in excrementis uoluũtur. Et si forte aliquis sanctorum uerbum / uel sententiam tulerit, cuius scire uel nescire, nil refert, tanq̃ arma Achillis se ipsos induunt. Quia ne'at scioli nesciunt, quæ scire uidentur. In cæteris uero doctrinis sanctorum, & dubijs eliminandis, ieiuni sunt. Et solummodo inter spumantes Cantharos sicera: aut phialas mero de Paulo Apostolo philosophãtur, Qui Vas electionis cõcionator a Domino effectus edocuit tam sapiẽtes, q̃ insipientes corde, & quãto tempore uixit, ad tot Ecclesias ipse scribendo, docere, ac monere nõ desijt. Qui tanta sapiẽtia pollens: uisus est cum ea ab Olympo descendisse. Qui non ut Mercurius solùm, reputatus est a Græcis: sed a fidelibus omnium doctor gentium fidelis: ac sanctißima illius Euangelij uerba: a sapientia summi patris reuelante, ut altißimæ cedri medullæ cernuntur. De quo Beatus Ignatius Doctor, Episcopus, & Martir. ac uirginis primæ familiaris: suis in Epistolis refert quòd cæteri Apostoli, Paulum ipsorum Theologum uocitabant, & meritò. Cuius supremam nempe sapientiam princeps Apostolorum contemplatus, in canonica meminit Epistola. At mirari nõ debet ex sapientibus quispiam si in Doctores uerè Sanctos, columnas Orthodoxæ Ecclesiæ, super bases argenteas summi ueri firmatas (ut diximus) insurgunt, & imagines eorum dehonestant, quas non adorant fideles, cum solus Deus trinus, & unus super omnia adorandus sit (ut in medium tulimus) Sed ut Principes Cœli, ac etiam suo honorantur Reges, in terris degentes, ueluti Salomon adorauit matrem, porrigentem petitionem. Quæ figura fuit ueri Salomonis: & Virginis semper intactæ. Sic in sacris literis sæpius hac ueneratione, etiam probatißimi Viri dicũtur adorasse Reges. Quid? quod etiam contra Cœlestes, saxeo corde: & ferrea fronte, pugnare audeant? Et ipsorum merita taxare: qui Triumphantes cum Christo Domino, ipsum uident facie ad faciem: in quem etiam desiderant Angeli prospicere. Sed enim, efrontes istos / longe antea prædixerat in Apoc. Ioannes. Pugnabũt (inquit) contra eos qui in Cœlo sunt: dum eorum merita, & pia illorum suffragia irrideãt, inscij. Sancti enim ne dum pro ipsis, uerum etiam pro

nobis meruerunt: & summa charitate ligati, optant coronam nostram, diuersarum uictoriarum, & meritorum flore depingi. Inuigilant, ut genus nostrum, grata accipiat turba Cœlestium. Quos honorare, & uenerari, ut decet, iustißimum arbitror dicente Propheta Iob, ad aliquem sanctorum conuertere. Sic ergo Iordanis uada iterum ad proprios redibunt ortus: quàm Doctores quos etiam firmauit Ecclesia: aut sancti, quos Christianorum pia Religio seruat summa meritorum potestate; & maiestate, terra Cœloq; non fulgeant.

Sitq; satis nūc conclusum pio Cōcilio, & sanctorum meritis, & Romano flumine sacro, illud. Ante Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim, Et uada Iordanis retro sua flumina uertent, Inscia quam nostrum sumat Germania Tybrim.

At sciò nō nullos admirari, nō uirtutis amore, & ut uerè Philosophari incipiant; sed latrandi desiderio: cur etiam cùm scripturis sanctis, mysticum sermonem composuerimus quādoq; dicta sophorum: aliquando carmina Vatum inserendo Paucis respondebo tanquam inscijs qui difficilia captu, non assequentes, consuetudinem ignorant sapientum. Sic enim Prophetæ: Sic summi Philosophi: Sic pij Vates cum Sibyllis. Ac sapientißimus super omnes Reges Salomon qui bis mille Parabolas, pro uulgi eruditione composuit. Idem diuinus Plato, & Dionisius Areopagita, maximi Apostoli discipulus, & interpres. Sensibilia enim, & humana (quibus ad supernaturalia ducimur) eorum diuinis operibus inseruerunt. Vt libro proprio latius diximus. Et ne carmina quid uanum sit audire, aut nosce, diuinū Hieronymum in prohemio Iob, sic scribentem audiamus. Quod si cui uidetur incredulum metra scilicet esse apud Hebræos: & in morem nostri flacci (scilicet Oratij) Græciq; Pindari, & Alcæi, & Saphus. Vel Psalterium, uel lamētationes Hieremiæ: uel omnis fermè scripturam cantica comprehendi: legat Phylonem: Iosephum: Origenem cæsariensemq; Eusebium: & eorum testimonio, me uerum dicere comprobabit hæc ille.

Idem de scripturis etiam diuinis agens (quem nos imitamur) Infidelium dicta, saniori Doctrinæ inserit. Libet hic eiusdem ad Damasum Pontificem maximum, & uerè sanctum uerba subnectere. Nos hoc facere solemus, quando Philosophos legimus, quando in manus nostras ueniunt libri secu=

laris sapientiæ, siquid in eis utile reperimus, id ad nostrum dogma conuertimus. Si uerò superfluum, de Idolis, de amore, & de cura secularium rerum: hoc radimus, in his caluitium inducimus, hoc unguium in morem ferro acutissimo resecamus. Nos uerò quæ ab infidelibus bene dicta sunt: ueluti ab iniustis possessoribus uendicamus ut nostra. Caussam & ius nostrum, subtilis Doctor Scotus in quæstionibus Methaphysices assignat. Vbi de caussa effectiua primæ philosophiæ agitur. Dicit enim, quod ueritas a quocunque dicatur a spiritu sancto profertur. Ipsi uerò qui extra Ecclesiam sunt: non tanquam reuelantem Deum glorificauerunt: ut inquit Paulus buccina summa Dei. Ideo neque timendum arbitror quod quidem aiunt talia scilicet Poetarum carmina non esse dicenda seu scribenda modò, loquentes, quod Ecclesia titubat. Sed neque Ecclesia Catholica. i. uniuersalis, & toto orbe diffusa formidat. Quæ licet ut nauis agitetur a uentis, non tamen in undis mergitur. Nam qui fecit eam, potenti dextera gubernat. Et si adhuc paruula ut diximus, & ubera sumentis nostra tempore Hieronymi uix habens, ut tot tantosque lactaret fideles: nullo incutiebatur terrore. Nunc ubi non est timor, neque horrere, fas est, neque timere.

ADVERSVS EOS QVI SCIENTIAS DAMNANT, ET VT INSCII SCRIPTVRAS RETORQVENT.

SEd quidam non ista pensitantes, singulas scientias damnant, & artes: Ignorantes, quod ista ad bene, beateque uiuendum, & ad Rempub. Illustrandā inuenta sunt. Sicut in sexto. Inuentas aut qui uitam, excoluere per artes. Quique sui memores alios fecere merendo. Omnibus his niuea cinguntur tempora uitta. Si etiam scientia mala esset, non fuisset: in Christo, quæ est spiritus sancti donum, Dicente Esaia. Requiescet super eum spiritus sapientiæ, scientie, & cætera munera: quæ etiam in sinagoga Christus omnium magister, melea uoce deprompsit. Ait etiam Salomon. Voca ancillas: ad arcem uidelicet scientias humanitus inuentas, ad supremam Theologiam ut tanquàm excolentes ancillæ, & comites, ac diues famulentur. Reginæ, ne tanta maiestate pollens, sola

gradiatur. Hi uerò / omnes ſcientias abhorrentes: tam Philoſophos, q̃ Theologos dehoneſtantes: pares extollunt aſellos, nec immeritò. Nam eis illud elogium faciet. Pares cum paribus, ueteri prouerbio. Ideo de aſino ingentia prædicat. Ita ut etiam Apoſtolos uocent aſellos: qui principes, huius mundi, in Cœleſti ſolio, inter uiginti quatuor ſeniores in Apocalipſi locantur. In quorum medio reſidet Chriſtus omnium Dominus: & qui cum eo, ſuper ſolia. xii. ut iudicent uniuerſum. At rectius ſi equos albos uocitaſſent, ut ibi Ioannes eos in ſumma reuelatione nominat. Albi enim, quia tota uita eorum, ſancta, & irreprehenſibilis fuit. Quibus accedunt equi rubri, ſcilicet Martirum cœtus, & ſanguine proprio laureati: his etiam non longè cernuntur equi nigri uidelicet. Tyranni crudeles, & Imperatores ſacrilegi / Dei Eccleſiam in ſanctis inſequentes. Hos tandem imitatur equi pallidi, uidelicet hæreticorum acies, ſuper quos ſedet mors ſecunda. Pallidi quia in fide ſunt infirmi (pallentes in eis habitant morbi) Nam ſub nomine ſanæ fidei, multa inania miſcent. Dicente Auguſtino in Epiſtola ad fundamentum fidei. Non poteſt quis eſſe hæreticus, niſi ſub nomine Chriſtiano, & de ſcripturis male intellectis. Hi imitatur Iudæos, qui ſicut nunc, ita & tunc, econtrario ſcripturas intelligebant, quas Deus (ſpiritus ſanctus apropriatè) reuelauit. Audi Scotum dicentem. Exiſtimo Chriſtum tanta pro nobis paſſum fuiſſe, ut nos ad amorem ſuum alliceret: Iudæi enim diſtorta intentione, interpretabatur ſcripturas ſacras. Ideo Chriſtus maluit mori, q̃ facere Tunc enim ueritas erat dicenda Iudæis. Sic etiam multi, male intelligentes ſcripturas, in plures labutur errores: Ita ut etiam Paulum taxare uelint. Qui optimus Medicus, Philoſophusq; fuit. At Gymnaſium regens Damaſci (ut latius de Illuſtribus diximus) etiam penes Medicos, electuarium ſeu Antidotum inueniſſe dicitur. Quæ benedicta maior apellatur, aliàs Paulina. Nam quia Paulus, magnus interpretatur. Ideo, maior iſta compoſitio dicitur: inqua circa ſeptuaginta ingrediuntur ſimplicia. Huius Lucas Euangeliſta, tunc erat diſcipulus: & tandem facta ſuper Paulum uiſione, per Dominum Ieſum: fuit Apoſtoli Romam uſq; peregrinationis comes. Dequo idem in epiſtola meminit. Salutat inquit, Vos Lucas Medicus. Attamen ipſi hæretici, mihi adhuc pubeſcente gena

In tertio Sen. Diſtin. xxII.

(Dum Bononiæ Philosophicis, Theologicisq; facultatibus, incumberem) latrabant contra Apostolum dicentem. Qui infirmus est, Olus manducet: inferentes ipsum non recte sentire, præcipue in naturalibus ratiocinãdo: ut si quis dissenteriam patiatur, plus agitetur oleribus: & Tenasmon incurrat, qui est dolor in extremis partibus, dum quid minimum exerementi premendo eijcitur. Sed non intelligunt, quæ dicuntur a Paulo. Innuit enim / qui infirmus est sensu, seu intellectu, ut qui expers est Theologiæ, & scripturarũ Non de Trinitate, aut de Incarnatione Verbi pertractet. Dicente Crisostomo, Graiũm eminentißimo, Scio q̃ Verbũ caro factum est, Quomodo autem factum sit, nescio: Miraris (inquit) quia nescio? etiã tota natura creata ignorat. Et q̃ plures etiam intanta profunditate Mysterij, in tertio sententiarum distin. prima maxime allucinantur. Quomodo igitur qui nec lineam ueræ Theologiæ intelligunt, tam ardua capere ualebant? Sic de eucharistiæ altißimo Sacramento, ubi sub speciebus minimi panis, & uini, est tota substantia Christi, tota quantitas, & omnia absoluta, quæ sunt in Christo / ad dexteram patris, in forma gloriosa sedente: sicut eadem fuerunt: quando sub forma paßibili: humana, discumbens in mensa, sedebat. Et etiam quod minari non desino: de predestinatione Sanctorum, ut patet in primo sententiarum, In his ergo difficultatibus non se miscent insipientes: quia infirmi sunt. Vnde lucidißimus Themistius, & Seneca referunt: q̃ Philosophia est medicina intellectus, quemadmodum medicina Phisicorum sanat corpus infirmum. Qui ergo Philosophia: & in proposito Theologia, & scripturæ sanctæ cognitione caret: Olus manducet scilicet, contemplandum ortum Christi in præsepio, & dominum uniuersorum inter animalia summa egestate iacentem, & captum, ac inter duos nequam iuxta Esaiæ uaticinium, cruci affixum. Mirantur & alij, altius repetentes, q̃ plurima ueteris instrumẽti: sicut illud Leuitici in quo (Hieronymo Teste) singula sacrificia, Imò singulæ penè syllabæ Cœlestia spirant sacramenta. Vbi sub nomine uiciorum / loquitur de Aquila, Vulture, Ceruio, Noctua, ad lumen Solis cæcutiente: & mali Ominis bubone, de fœda Vpupa: usq; ad hominem, tortum nasum habẽtem; cui interdicitur, ne panes Deo offerat, At ignorant quòd sint eidem curuo,

Distin. xxxx & xxxxi.

& retorto naso

& retorto naso similes, tortam intentionem scripturarum habentes. Talis enim redditur inuisus altißimo. Cuius munera inualida sunt. Qui nigrum in candida uertit.

D*emirãtur etiam alij, quomodo in* Deuteronomio *dicatur* Mosi *a* Domino. N*on arabis in* Boue *simul cum* A*sino.* D*icente* A*postolo.* N*unquid pertinet ad illum de bobus uidelicet, super illud.* N*on alligabis os boui trituranti?* L*icet enim* S*alomonis* T*estimonio.* P*usillum, & magnum fecit* D*eus, & est illi cura de omnibus.* D*icente etiam* A*ristotele in* P*rooemio* M*ethaphisices.* S*apiẽtis est prima ordinatio.* D*eus autem cum sapientia sit: sibi debetur prima, & summa rerũ ordinatio.* Q*uid ergo ad* P*aulum dicemus? nisi* ꝙ *inferre, intendit quòd in hoc dicto, non est intelligendum, de* B*oue gaudente cornibus: sed de homine, in agro* D*omini laborãte, cui alimenta dantur: ut poßit laborem exercere.* I*deo inquit.* H*abentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* E*t si ministramus uobis spiritalia, non mirum si tẽporalia uestra metamus.* Q*uaeris quid ergo dicemus praecipienti* D*omino.* N*on arabis cum boue simul asino?* T*u sciscitatus digna relatu, accipe quam quesisti caussam.* P*er bouem* D*octum / per asellum fatuum signa.* E*a enim quae sapiens docendo / ac monendo in agro* D*omini serit.* I*nscius, ac* I*mprobus irridendo destruit.*

ALII SALOMONEM REPREHENDVNT, (PROH NEFAS,) ET ECCLESIAM ESSE NEGANT.

S*Vnt & qui sapiẽtißimum* S*alomonem taxare forte ausi fuerunt / q̃ maximè illud* M*uscae morientes, perdunt suauitatẽ* V*nguenti: ac si ad talem, tantumq́;* R*egem, nil conueniat, de uilibus muscis disputare (ut etiam tetigimus,* ꝙ A*quila nõ capiat muscas)* T*u uerò scito,* ꝙ *non de infestantibus muscis loquitur sapiens.* S*ed similibus, qui caetera facta uiciantes, singulos taxant.* M*uscae ergo morientes hoc est,* H*omines scilicet negligentes, more muscarum uiuentes / tanq̃ uacui, in morte meritis priuati, perdent suauitatem unguẽti. scilicet gratiam* D*ei, & proborum hominum amittent.* H*as ergo tam inualidas, q̃ foedas sano doctrinae uentilabro, pro-*

pellamus a mensa Domini, & Apostolorum. Dicente Domino. Ego uos elegi, ut edatis, & bibatis super mẽsam patris mei in Regno Cœli? Quæ est Diuina essentia, ex natura rei, satians omne desiderium, Ac Torrens propheticus, uoluptatis immensæ, & fons uitæ in æternum. Sicq; rudentes Aselli in stabulo interim paleas edant: quando eorum sentẽtia / & affirmatiua conclusio sit quòd nil fœlicius q̃ inscia uita. Quemamodum & quidam nostri temporis in Alma Roma: uolumen sat egregium scripserunt uidelicet, nil esse iucundius, nil clarius nilue perfectius, stultitia. Hi (abiecta gemma) stolido gallo similes sunt. Sunt etiam ut sus quæ non in limpido fonte, sese abluens, at se ipsam uoluens in uolutabro luti, genuino cibo pascitur. Tandem cuiusdam haud paruum errorem repetã. Qui uolumen quoddam somnians, Christianißimo Regi Dicauit. Veluti bellua, sub potenti quercu aut sublimi arce, in illius umbra quiescit. Hoc enim egregio opere, probare nititur, iam non esse Ecclesiam. Ideo nec mirum, si qui. tanta iniunt bella, contra fideles. Ait enim tempore quodam, Summum Pont. cum cœtu Cardinalium fuisse depositum. Sic altero sub rogato, Idem primus Antistes, humilis efficitur Abbas, ne latraret (inquit ut Cerberus) cui medicatis frugibus offam Sibyllæ obijcit. Biennio tãdem trasacto. etiã secũdus cum suis, a sede propellitur. Sicq; nil hic uere noscens iam nõ esse Ecclesiam Dei concludit. Similibus forte etiam decepti complices. Tẽpla Dei, ut infideles uastãt: & redditus, quibus possent tueri / ac ministri Diuina celebrantes pasci: ad nebulones clueones, caupones indomitosq; muliones, & ad profanas manus, ui peruenerunt. Hinc deuoti Principes / pijq; Reges, has dotantes Ecclesias, longè fundati sunt: Animæ, totq; testantũ uoluntates resellunt. Vereor hic q̃plurima etiam deliramẽta hæreticorũ, & claudiãcticum, ambages recẽsere. (Nõ capit muscas, armiger Iouis) Satis est enim instituta Sanctorum & Illustrium Vestigia ueterum sequi. Huic tamen pro Ecclesia respondeo, ꝙ ipsa semper eadem, & usq; in finem seculorũ perstabit, Dicẽte Scriptura in Apoc. Hic est Agnus qui occisus est ab origine mũdi, qui ab Abel Iusto incœpit, desponsataq; in uentre Virginis almæ, cui dotem sempiternam, proprio sanguine Dominus acquisiuit. Quæ tamen, euolato sponso ad sydera, paßim uaria patitur discrimina:

quam tamen tuetur Dominus: dicens. Ecce uobiscum sum usq; ad consumationem seculi. Quando sponsa in fine canticorum, consumato militari cursu stadiorum dicet fuge dilecte mi (Et ego tecum summa charitate iūcta) super mōtes aromatum, scilicet Sanctorum: omnium uirtutum perfectionem, sine termino, spirantium. Interim a membris cribratur sathanæ. Dicente Domino. Vidi sathan sicut fulgur de Cœlo cadentem, qui expetiuit, ut cribraret uos. Ego autem rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Aliter enim, passionis tempore, concussa tota creatura orbis, abolita fides Christi fuisset. Quando etiam deficiente ipsa fide in cœteris / tota ne seruata fuit in Virgine? Et post pusillū, capto etiam Diuo Petro, nunquid oratio fiebat ab Ecclesia ad Deum pro eo? Et quæ erat illa Ecclesia, nisi illa paupercula turba credentiū? Imò si unus esset, aut solus quispiam fidelis in Domino / hic tota fides Christi Iesu Seruatoris esset, Eademq; Ecclesia sponsa Domini, sine macula, & abq; ruga esset. Quantò magis, dum quidam ante mundi constitutionem sint electi a Domino: & cœtus fidelium, uniuersalem constituūt Ecclesiam? Quæ semper una, solaq; fuit, & quæ de sponso, in instrumento ueteri promittebantur: in nouo, celebratis nuptijs agni, adimpleta sunt. Paulus hoc idem testatus est in actionibus Apostolicis, dum inquit. Ego nō prædico nisi prophetas, qui & patres sponsæ. Nos uerò filij, & cohæredes, quibus datum est, esse filios Dei: & fratres Domini: ut ipse sit primogenitus, in multis fratribus. Dicente propheta. Et ego (inquit Summus parens) primogenitum ponam illum, excelsum præ Regibus terræ. Sic maxima Virgo dum Vnigenitum peperit: primogenitum scriptura apellat, ut concors sit sermo Diuinus: quia Christus naturalis filius patris almi: & Virginis. Nos uero per adoptionem: in quem clamamus Abba seu, O pater, pater, ideo geminatè, ut tam Redemptio, quam etiam creatio innotesceret. Qui enim nobis esse naturæ dedit: tantos miseratus errores, etiam gratiæ, & felicitatis æternæ redimēdo donauit. Vt ergo unus esset spōsus, & una semper Ecclesia cognosci potest, quando figurati fuerunt electi per Turbā: triumphales palmas deferentes in manibus: ut in Max. Ioannis reuelationem. Dum etiam in Euangelio, quando in medio eorum Rex mansuetus sedebat: Et qui præibant ui=

delicet, patres Testamenti ueteris, & qui sequebatur scilicet noui Instrumenti fideles, clamabant. O sanna filio Dauid, Serua nos qui es Dauid filius, secundum carnem, in lege promissus. Sic ergo pia parens Ecclesia, & cum plantaretur ab Apostolis: & cum rigaretur constanti cruore a Martiribus, & cum ut uinea summi patris familias, putaretur a Doctoribus: pessimorum tamen rictus hominum iugiter perpessa est. At si in minimis momentanea uexatio sit: perpetua nos tamen felicitas uocat.

MITTENDI SVNT TAM AD HAERETICOS, quàm Infideles Homines probi: memores quanta fecerit Christus, qui etiam nudus, indumenta dimisit.

Sollicita parens uidelicet Ecclesia penes maiores, ac priscos. Tam ad Infideles, quàm Hæreticos misit Præsules, ac concionatores, Sanctos, ut recuperaret animas, quas Christus redemit. Turmasq; Antistitum in Orientem trāsmisit. Præcipuè tercentum, & amplius, ut Abraham uernaculos imitarentur. Nam totidem figuratè intelligūtur Episcopi. Qui missi contra Arrium ab orientalibus. Hæresum stabulis, sæuientem, ut ueri Pastores aduersus Lupum uenientem, sese opposuerūt. Pastorem Cœliculum imitati, qui preciosam animam dedit pro ouibus: perfidus his ore cruento ne dum in oriente pusillorum gregem, ut agnos uastabat, uerùm etiā ut carnifex animus, siccis faucibus improba nece, piè uigilantibus insidias tendebat custodibus. Nunq̄ semet ore receptus. Pollutus patitur sanguis mansuescere fauces. His uastamentis tanq̄ inutilibus fucis, spem uincendi pascebat inanem. Qui cū putrida saperet, accerrimeq; defenderet (horrendum dictu) illico putridam intestinis inuolutam egeßit animam. Tanto igitur exemplo allecti, non indecens arbitror, si qui præsules Coccineum monstrum peterent. Sanctis etiam monitis hortantes, ut ad fidem abauorum unde deciderunt, redirent. Ac quomodo qui ipsos seduxerunt, fabulati fuere (ut diximus) Adijcientes, q̄ nō est abbreuiata manus Domini, ut seruare nequeat. His iungendi non immeritò forent Religiosi, qui uerè Deo hærentes, pro Christo terrena calcantes, Crucem eis habilem, sumpserunt, illum

sequentes, qui cæteris importabilem, ueluti sibi propriam humano, Diuinoq; humero tulit, sicq; in ea uita functus, & quæ de ipso per Sybillas, & oracula sancta, prædixerat omnium Dominus. Quorum sana ne dum sapientia in plateis clamitat, ueram etiam uita eorum irreprehensibilis, & sancta prædicat, & patientia, quæ à Deo descendens perfectum opus seruat, in aduersis comitatur, Vt si Impij; in maxilla percusserint, alteram uir Dei præbeat, Pallium arripiēti, præbeat, & tunicam. Sicut Dominus, & Magister consistente pulcritudinis ætate, ac iuuenta gaudens, prior omnia perficiendo, dedit. Ita ut diuisis indumētis illius, etiã nudo relicto, super inconsutilem (Virginea manu, maternisq; uotis, consitam uestem) præsciam mitterent sortem. Clamidem pariter textilibus oneratum donis, quam sanctæ olim fecere manus puero, tandem largita nobis monimenta amoris extrema. Hunc talaris hæc, & miranda uestis, Inocentis Ioseph, figuræ nati Tonantis almi Seruatoris, nedum Aegypti, uerùm etiam uniuersi. Mentibus ò fidelium Reges recondite, apud prophanos, Deum ignorantes, quàm sedulo suorum numinum Pepla colebant. Sic palladium: arcis nisi cæsis custodibus haud fuisse raptum. Hausto deniq; fatali responso, Diomedes classium custodibus obtulit: ne pio Aeneæ Italas aras, uelato capite, nuper erigenti sacra turbaret. Quid Aureum uellus referam? pro quo acquirendo, Tauros spirantes flammas: aut colubros uenenum, ore trisulco uomentes, ualidus nō pertimuit Iason. Supremum munus. ueluti Gedeonis. Quod singulis Imperatoribus hactenus cedit in signum. Sed qui illud Diuinæ Sobolis spolium Cœlesti rore imbutum seruauerint, heroyca uirtute donabũtur: & inter homines, Deosq;, immortalitate gaudebũt. Hæc ò summe credentium Seruator, sunt arma radiãtia tua, nouißima fũnera pugnæ, reliquiæ ex inimica Hierusalem raptæ: Indumenta sacra non hœdi tincta cruore, Sed riuis sanguineis uti gemmis, ornata. His raptum prelibatis, ut olim purpureo colore, quo elephantes, acrioni passu citabantur ad bella, sic quælibet fidelis meus, ad tua uestigia sequenda corroboretur. Horum sint ergo memores fideles intrepidi, & antelati sermonis. Non est seruus maior Domino suo: & quod Paulus hortatur. Nondum usq; ad sanguinem restitistis. Inter hæc uerò discrimina, benefaciendo;

dicite illi. Apropinquabit adhuc in uos (si credideritis) regnum Dei. *Et si quid patimini ò fideles missi pro Christo, fide* Max. Rep. *Iustitia tuenda, beati.* Vos *tamen mittere ad* Apostolicam *sedem attinet.* Dicente *apostolo. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? ne ut latrones uenisse dicantur.* Dum *ait* Dominus. *Quot quot ante me uenerũt, fures fuerunt.* Addito *simul, ut sponte: non ui, precioue, aut specie lucri ne cauponare,* Dei *uerbum uideantur: si tantum* Apostolorum *opus suscipiãt, ne ministerium sanctorum uilescat, aut maiorem errorem patiatur* Ecclesia. *Et ad his, qui foris sunt, uideatur dirum* Virus *cumulasse ueneno, ac ægrotanti* Infidelium *populo; tanq̃ infirmatus* Iob, *inter* Idolatras: *illusores dedisse nugaces: qui in fide semper ficti, non fuerunt stabiles.* Sic *ergo aperiente* Domino *fidei* Ianuam, *illi credentes, reuertentur ad cor: & uitali fonte purgati, fient filij* Dei: *ut maiores, & eorum* Aborigines, *qui bonæ indolis,* In *auditu auris crediderunt.* Vnde *suscipienda sunt bella, ut sine iniuria uiuamus, partaq; uictoria, cõseruandi sunt, qui non crudeles fuerunt.* Vt Romani *nostri* Tusculanos, Volscos, Sabinos *in* Ciuitatem *receperunt.* Crudelem *uerò* Annibalem *cum fœdifraga* Carthagine *funditus euerterunt.* Hi *uerò, qui armis positis ad nostros* Ductores *confugerint, quamuis ariete murum percusserint, recipiendi sunt in patriam tãquam patroni, more maiorum:* Aliàs *qui contumaces sunt,* Remp. *impugnantes bellum eis indicatur, cum propria recuperare fas sit, præcipuè* Dei Templa, *redditusq; sacros, quos sancti* Pastores *pijs cum* Regibus, *Christianorũ ministris locarunt.* Heu *nephas, nũc in obprobrium* Christi, *& sanctorum dedecus:* Tyrãnus *donat militibus fidei sanctæ hostibus, qui tela acuũt in excidiũ fidelium.*

PRIMO LINIENDI SVNT OLEO CLEmentiæ *Hæretici* Infidelesq;, *ut reuertãtur ad* Ecclesiam. *alioqui ictus, & bella experiẽtur fidelium,* Velut *Iudæi.* Et *de imminenti bello in* Christicolas.

SIC *herele a leuioribus liniendo, incipiẽdum foret, si his posset tanta sanitas adpisci firmata autem mala difficillimæ cu=*

rationis per fortiora auxilia magnam uim demolientem exposcunt, ex physicorum sententia. Vt Apoplexia: comicialis morbus: hydropisis: quartana: capillitiũ in renibus: calculus: & podagra: & cæteræ huiusmodi cronicæ ægritudines: de quibus libro cẽtum Archanorum Medicorum nuper a nobis edito, uidendum dabitur. Hæc enim aliquando cauterio uidelicet Igne, & ferro, summopere indigent. Pari modo uerus ille Samaritanus Christus, uulneratum uidens hominẽ, miserationis affectu compatiens medicinam Sacramentorum, attulit efficacem, qua curatis eius uulneribus, ac plena reddita sanitate, in sui principium a quo descendẽs deuiauerat, tandem reducatur: hic enim Euangelico saucio primùm oleum clementie fundens, postremò expurgans uinum adiecit Iustitiæ. Ad oues Israel, quæ perierant uenit: & mellea uoce aiebat. Quia & alijs Ciuitatibus, oportet me Euangelizare: quod in militanti Ecclesia omnium Magistra officium per Anthonomasiam, præcipuum nũcupatur. Dum ab omnium plasmatore Deo homine, Apostolis terræ, Cœliq; Principibus, sacratum fuerit. Incredulos tandem homicidas dolens Ciuitatem eorum combußit. Sicq; per orbem terrarum ut profugos, rabidosq; insequitur canes, ne fideles populi, tanti muneris uidelicet Redemptionis, obliuiscãtur. Vt certißimo uocis præsagio Dauid declamauit: reliquos uerò, qui iam in se sententiam tulerunt, malè perdens sub ijsdem Romanis Imperatoribus, ingenti clade, uidelicet fame, ferro, flammis perdidit. Tãdem æterna uastitas, quia obstrusis auribus, factus est Deus inexorabilis: ut flebili carmine Hieremias, Danielq; concludunt. Tunc quisq; in cassum Deum clamat, & pia sollicitat numina. Nunc quoq; credentium more primùm hortari, & monere Saracenos, Barbarosq; fas est: quòd si rebelles, perfidia obnoxij, tanq̃ Iudæi, & Pharao, ut lutum ad Solis radios: & cor eorum lapideum, magis durescat. Lapis angularis, ac preciosus, super eos cadens confringet in minima, Christus. Aut fortaßis arbitratur populus ille incredulus, se duriorem ferro ad scindendum. Tunc ueluti malleatoris incus, ingenti robore maximos bellorum patietur ictus. Vnde habeant fidelium cohortes (Duce altißimo) certare cum hostibus. Sic Dominus, qui actum humanorum est inobliquabilis regula prima. Inuisas gentes reliquit: ut filios Israel exerceret ad

pugnam. Sic nos usq; modo, fortuna sollicitat. Et discordia demens / impellit ignota adhuc lacescere bella. Ergo Christi milites, pro Orthodoxa tuenda pugnate. Sunt nobis pectora: sunt animi: & rebus spectata iuuentus. Tanta igitur testium nube fulti, cum Apostolo, deponentes omne pondus, terreni affectus: curramus ad propositum nobis certamen, aspiciētes in authorē fidei. Qui postposito sibi gaudio, mortem sustinuit, confusione contempta, pro patris honore, & salute fidelium: ut pio sanguine pugnans, signo Tau magno uictores signaret electos. Hæc Christianorum uexilla, hi Manipli mox arripiendi. Tuq; summe pater, & exercitus digne credentium Ductor Maxime: qui tanta cum Regibus / & Christianorū Ductoribus, fideliumq; populis iam peregisti, & Paraphrasim, ame clementer audisti, factaq; nostrorum heroyca uirtute celebrata, una cum Sapientia, & Religione æqua lance ponderasti: nunc finem imponam sermoni. Iterum illud repeto, & iam huius signa prædico. Cum inferiora (Sophorum sententia) superioribus lationibus regantur. Postq; Cœlestia iam præmissa, quæ pro foribus astant (Haud Vatum ignarus, uenturiq; inscius æui) Nā qui nouit ea, per quæ superi de rebus agendis homines probos certiores faciunt: hunc fore semper diuino adiutus consilio. Nam pugnabunt Reges, tunc erunt pila minantia pilis. Dum uerso cardine rerum, Alexādri Macedonis (& quem Monarchia torquet) Callisthenes adhuc illud miserum cantat. Venit honos sceleri, misera ut discordia regnet. Tūc maximarum rerum meditationes assiduæ. Futiliaq; consilia: bellorum tunc crebra percurrent discrimina. Quod cladis genus ò superi, qua peste paratis sæuitiam? extremi multorum tempus in unum conuenere dies. Et idem Luc. Quid tantum Gradiue paras? Imminet armorum rabies, ferriq; potestas, cōfundet Ius omne manu scelerisq; nefando nomen erit uirtus, multosq; exibit in ānos. Ergo bellū ingens geret Italia, populosq; feroces contundet. Nam sæuit amor ferri: & scelerata insania belli. Et sæuit toto Mars impius orbe. Ego etiam nunc ad te, & tua magna pater consulta reuertor. Iube ergo arma parari, Tutari Italiam detrudere finibus hostem. Quæ tu acie mentis prospiciens prudentissime in altissima specula custos, nec illi dissimilis qui Altæ struxit Mœnia Romæ. Dum eidem impenetrabiles nūc aggeres

Luca.

instaurabis.

instaurabis. Non immemor speciosissimi Scipionis Elogij. Turpe est sapienti illud. Non putaram. Nam Vim Vi repellere iura sinunt: ut increduli discant timere. Sic enim Romani patres, ad Dei Templa, Triumphos duxere per amplos, Petrus & Paulus, ueri Cæsares, tibi maximis in rebus, Auus uterq;. Ambo maximi, Inclitæ Romæ Quirites. Qui proprijs uirtutem meritis, Tyrannorum exitus semper fecere cruentos. Ergo sit Latium: sint Summi Pastores, sint fideles per secula Reges. Sit Romana potens, Itala uirtute Propago.

ORATIO AVTHORIS AD DOMINVM:
qui ut Princeps semper pius, Victoriam suis præstet credentibus.

ILLE *ergo suffusis luminibus, cum Ductore Cœlico ad Dominum flexis poplitibus, manus tollens ad sydera, Oro pro illius Sponsa, custodia iugi seruãda (cui dico, meorum pro ut sunt monumenta laborum) ac Cœlum miratus & astra, pro ipsa obnixius precor. O magne faber Olympi Hac pete conditor alme. A tuo enim cuncta bona rorant auxilio, Tu modo uobis immanis pugnæ esto Princeps. Tua rite fidelibus propinquent præsidia, Italisq; adsis pede secundo. Illabere ut sit Mens omnibus una sequẽdi. Exercitus para tuos, manda a superis, ut Elyseo oranti, qui armorum currûmq; Phalanges, trementi puero lætus ostendit. Præpotens Michael, Italorũ patriũ numen, Spiritaliter aduersus Aegyptum, & sodomam, electorum armis Ductor Maximus nobis assistat. Quemadmodum spirituum acies, ipsum sequentes: Virtutem tuam, libero tuentes arbitrio: malè cogitantium Turmas deiecerunt ad ima. Sicut Ioannes Reuelationum titulo factum est prælium magnum in Cœlo. Michael & Angeli eius, tanq̃ potentes Dei milites, spiritalibus in armis accerrimi, uirtutis intrepidæ / nomen adepti, præliabuntur cum Dracone. Qui sæua Vitiorum arma semper tenens, mille nodos in decipulum seruans, horridus stridet in electos. In quem Hydram tot sibilis uenena dira uomentem: sequenti Tomo bellorum mole, bene metata, exercitus uarios, complures illos regẽtes Videlicet Ductores be-* Aenei. X.

roicos in libro uitæ descriptos, passim citabimus, Ductoresq; Diuino fauore muniti, manu ad manum congredientur in hostes. Sic nanq; summo felicitatis Triumpho potiti sunt uictores Angelorum cunei. Olympoq; æternum domito, parata est salus Deo nostro, qui a seinet omnia potest, & parcens omniū primus, eminēter est omnium salus. Quo maius, uel perfectius, in cuntis rebus rectè cogitari nō ualet. Qui sicut principio caret sic fine, & numero, Mens infinita: quæ cuncta uiuificando illabitur, ac omne creatum immobilis semper commeat. Hic sempiternus rerum opifex, summa ratione procedit. Hinc ingenia, artes, Deiformisq; Sophia: & quęq; optimā, emanant iugiter: ac simul gradiens, Insatiabilis idem efficiens, & finis / est primum mouens immobile. Vt Aristoteles Sophorum primus, de Physica auscultatione concludit. Sic Diuinus ille Plato, Deum mouere omnia: ipsum Deum esse in omnibus: quia Iouis omnia plena. Iuxta illud. Iuppiter est quodcunq; uides, quodcunq; mouetur: Et illud Poetæ maximi. Deum nanq; ire per omnes Terrasq;, tractusq; maris, Cœlumq; profundū. Sicq; idem Diuinis carminibus eundem conditorem rerum, in festo celebrat. Principio Cœlum, ac terras, camposq; liquentes. Lucentemq; Globum Lunæ, Titaniaq; Astra, spiritus intus alit, totamq; infusa per artus. Mens agitat molem, & magno se corpore miscet, qui indiuisus in omnibus illabitur. Omnium enim bonorum, & existentium rerum motorem principiū, medium, & finem scribit Plato de legibus (quas idem omnium Dominus, fundator, & legifer primus, ne mirandus orbis, uideretur incultus in mentibus hominum congessit in unum) Idem Mercurius ille Trismegistus sapientum Rex, ac Summus Antistes: qui de Maxima Philosophia, tot problemata composuit (Quibus & nos, nuper lucem dedimus) & de Arcano Arcanorū tot ænigmata per inuolucra, & symbolica uerba / ac sensus obtrusos: tanq̄ aureum ramum obscuris uallibus tectum: ut hæc improbos fugerent, conscripsit. Quod summum secretorum, mundum alterum, dumtaxat sapiētibus innuit. Huic optimis quatuor Elementis compacto decem milia nomina, ualidissimis scientijs summi dederunt Philosophi. Hoc supremum in terris, altissimi donū esse, cum priscis patribus memorat. Hic Scopus, Meta sophorum, dum pallentes morbos sanans, omne

Egloga. III.
Egloga. IIII.

diminutum, leprosumq; corpus, illicò proficiat. Hic Theologorum pater (*post eximium* Prophetarũ Mosem) *de more, nedum altißimos Philosophorum montes ascendit: Vbi finis laborum omnipotentis Naturæ, sagacißimæ Artis sedet. Quo in numeri exercitus possunt congregari: ac militantis Ecclesiæ Imperium urgente negocio, pasci: & ali uniuersus orbis: Verùm etiam super altißima primæ Mẽtis cacumina (quæ tota sempiterna Diuinitas est) Volitans: in Pymandro, Verba sigiridem ueluti Cœlo delapsa persoluit. Deus inquit sua firma stabilitas est: nec alicuius impulsu, nec loco moueri potest: cum in eo sint omnia, & in omnibus ipse est. Hic solus totus est, plenus atq; perfectus. Qui unà cum eminentißimo Graiûm Aristotele, Altißimum hũc omnia moderãtem Deum, supra uerticem Cœli, digniorem partem supremis / consistentem: Iure altißimo ponit. Qui omnium patrator / uniuersa ubiq; nuda: ac aperta cõspiciens ea, quæ nõ sunt / reuocat, ac si fixa semper stetissent. Cuius Regum indeficiens, omnia ut fragilem testam, conteret Imperia. Nã Danielis testimonio. Potestas eius / potestas æterna, & Regnum, quod non consumetur. In cuius nutu sunt anni cursus, & omnia: quia in Ditione eius cuncta sunt posita. Sine quo in omnia sunt, & tanq̃ punctus, in non terminabili Sphera. Adde q, nec aliquid fuit, uel erit, si Deus non est omnia semper. Iuppiter altitonans, in te sunt omnia solo. Ex te firma manẽt, seu celsa palatia Cœli, siue locum quencunq; tenes: non uoce referri humaua posses: quanto sub pacis amore, Per te dispositus clarus scitungitur æther, Aeris & uacuum, & terræ circunfluus humor, Et tellus rerum mater, nam singula primo, Sunt distincta locis, & certo fœdere iuncta, & nodi inuicti, concordi pace ligata, Et fatis immota suis, cõiuncta trahãtur. Huic omnium exercituum Principi uno, Monarchæ singulari, Terra tanq̃ scabellum pedum inferiorum. s. effectuum: & Cœlum uidelicet etiam animorum uidentium eum sicuti est, sedes sancta illius. Sicut apud Esaiam legimus. His enim mõstratur quod Dominus Cœli sit: & terræ tanquàm nõ indigens aliquo. Hic Angelorum agmina, Hic Hierarchiæ, & Chori / inquibus Virtus Dei omnia uincens, tanq̃ fideles Aulici / legitime pro eo certantes, ipsumq; super omnia amantes, concelebrãtesq; adorant. Cuius gratia apud Platonem, mortales / cæteraq;*

Oppianus in primo.

numina colunt. Nos quoq; , quibus iam tanq̃ filijs patrum, facta est superorũ promissio, Empyreum (Vnde omne speramus auxilium) intueamur, a quo omnis Victoria pendet,
Ezech. XV. meritis innocemus. Scriptum est enim. Dominus quasi Vir pugnator. Omnipotens nomen illi. Cui omnis honos Maiestas, & Imperium.

CLARISSIMIS, FORTISSIMISQVE CHRISTIANORVM DVCTORIBVS GLORIA ARMORVM PRAESTANTISSIMIS.

QVo bello: quibusúe armis sub ductu: auspicijsq; uestris, Ductores maximi, ea, quæ profanis ab hostibus dilapidata sunt, repeti debeãt, uoluntati uestræ nõ inuito animo, sed spõte parendũ duxerim. Iccircò Mineruã licet tenuẽ no[illegible]rã, ex paruo itidẽ in præsẽtia scriitio dedo, qu[illegible]quã ambitiosa, augustioraq; facinora scribere uellẽ, [illegible] dicẽdi opia adesset. Obsequẽdum igitur primùm D[illegible]luti omniũ fini optimo inuẽtori rerum. Del[illegible] maiorum satisfaciundum censui, ne pertinax u[illegible]dear, & agrestis. Vincit enim mè illorũ humanitas, ueuerandaq; familiaritas urget: ac prudentia, uirtutumq; sempiterna cõnexio. Quas Auorum uirtutes, Tum præstantibus armis tum sapientia, semper est comitata laus: & quos serie longa sanguinis alta propago illustrat. Nos igitur tãtarum uirtutum, ueluti Numinum splẽdorem secuti: ingrediamur bellici põderis memorabile propositum.

IGITVR dum prudẽtiam in rebus recte peragendis constare cognouimus. Iccircò Cæsa[illegible]m o[illegible]nor Carolum. V. unà cum Regibus fidelium sim[illegible] Principibus comitantibus uelle Turcarum Duc[illegible]m [illegible], ac potentissimo exercitu propulsandum. [illegible]em iusta, & omni sanctitate illustrata parta [illegible] seruare, ac omni conatu, Reip. acquirere, Regna tot iam uoluentibus æuis deperdita. Non inclementia Diuum: sed Christianorum erra[illegible]is. Summa enim rerum, omnium credentium mentes solicitat. Peritia Regum angit copia, classesq; militum inducũt ad hoc tam forte, quàm magnanimum pondus suscipiendum. Quid enim clarius quidúe
Aenei. VI. præstantius, quàm pro bono communi certare? Iusta illud. Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi. Licet cle-

mentia, potentiaq; Seruatoris nostri, nostrorum Vires ità instructas crediderim, ut hostis non ualens ictus sufferre, citatis etiam passibus aufuget ad suos. Tunc uirtutem, ac Christianorum fortunam agnoscet quando uoluntatem manumq; altissimi in eum suosq; aduolantes, saeuientem. Vosq; munera bellica sequentes, uestrae erunt partes, cōferere manus cū hostibus, gloriam Auorū secuti. Necq; ambigo quāta nobilium, fortiumq; Iuuenum / ueteranorūq; delecta occurret multitudo. Quorum nomina, operum magnitudo nominabit, Mores, fortitudinemq; sociabit modestia: dum nobiles tam Duces, quàm cohortes militū, a Christiana Religione (pro qua legitimè certant) nunquam sese auertentes: Iura Diuina teneant. Nam uirtutum Chorus nedum penes Graecos, Latinosq; literis apparet / Verum etiam utriusq; Instrumenti exemplo, luce clarius panditur, quàm praestò sit Dominus inuocantibus eum in ueritate: in quibus, ualida manu pugnās, omnem uictoriam praestat. Sic Dauid pugnabat, ut de eo diceret omnipotēs. Inueni Virum secundum cor meum. Sic mitissimus primùm Moses, & Iosue. Sanson cum Gedeone fortissimo: postremò memorandus ille Iudas Macabaeus. De quibus Coelestis Tuba Paulus cecinit. Sancti per fidem uicerunt Regna / operati sunt Iustitiam: quae inter caeteras uirtutes (quas morales uocitant) ut Phoebus, & alter Lucifer splendet. Reddens unicuiq; quod suum est. Videlicet Deo, summum latriae honorem, quia summū, & infinitum bonum est: maiori reuerētiam: aequali concordiam, atq; pacem: egeno uerò operosam misericordiam. Hāc legem seruarunt & Imperatores nostri Constantinus Christianorum Monarcha primus. Carolus ille uerè magnus Gallorum decus, ac Romanorum Imperator primus, atq; fidelis. Theodosius cui militat aether: & coniurati uenīut ad classica uēti, & uix numerabilis turba ducum, quorum lumen manet adhuc inextinctum, aeternumq; manebit. Conticeo tam fortes, quàm nobilissimos milites, quos Italia, Lusitanorum ora / Galliae, Hispania, Germania grandis, ad munera bellica, honestis, ac necessarijs armis donarint, quibus uictoriae laus opulentissimum praemium erat: ac paternarum legum, uirtutisq; priscorum aemuli constāti animo properarēt ad quàm speciosam mortē. Vosq; audentes: non obscuri illorum animi, cautiores reddent in rebus bellicis, uestigia patrum se-

quentes: tūc fortitudo, uirtus, religioq; æterno fœdere coibunt, in unum. Sicq; Philosophiæ, literarumq; partes armorū peritia, unà cum clarißimis uirtutibus acquabit, & inter primos Heroas, uester celebrabitur honos. In omnibus, præcipue arduis in rebus, inuocato Dei præsidio, ut Paulus

Ro. X. Ductor Maximus nos admonet. Diues in oēs qui inuocāt illū.

CVNCTAE LEGES, REMP. ACQVIRERE suam ac tueri, suadent, & mandant.

NVnc ea, quæ in ueteri Instrumento, de Heroicis pugnantibus sat in medium tulimus. Scio quòd dubitare poßitis, an & Christianis in hostes pugnare liceat. Dicamus igitur quod quæ per Mosen, & Prophetas exarata sunt, illa neq; Euāgelicæ Doctrinæ, uel naturæ legibus obstare uidentur. Et secundum etiam qualitatem temporum, ut sibi placitum est, sanciuit. Nam occidere hominē, cōtra Ius, omnis Lex dam-

Exo. XX. nat, & prohibet: quia nefas, deturpare imaginem Dei, & quam idem artifex Deus effigiauit. Maximum nempe munus humano generi datum. Et quòd sub imagine humilitatis nostræ fieret Verbum, per quod facta sunt omnia. Interimere uero sontes dum leges mandent, sacrificium pingue offertur altißimo, quod etiam institutum Doctores, sanctiq; uiri autumant. Quēadmodum enim Lex tam gratiæ, quàm Mosi, & naturæ a primo fonte emanarūt, uidelicet primo uero, qui est Deus benedictus in secula, sic eodem spiritu sancto, a Viris sapientibus, & Sanctis interpretātur. Inde consensus hominum emanans, Ius constituitur, quod Ius gentiū nuncupatur, Veluti Lex ciuilis uni, aut pluribus Ciuitatibus communis sicut, & Lex naturæ omnibus gentibus semper eadem perseuerans Quia incredibilis, scripta in cordibus hominum digito Dei uiui, secundum Apostolum. Hinc quærēdum censeo. An interficere contra omne Ius insontem Virum, aliena rapere, Regna aliorum dilapidare, si Lex tam naturæ, quàm Mosi, & Euangelica uetent an ulciscendi ansam præbeant? Huic non ego, at grauis respondet Ambrosius/ Ciceronem imitatus: dum idem sanctißimus Doctor, & Antistes, proprio de officijs libro edidit, qui unà cum

Cice. I. de off. Eloquentiæ, & morum splēdore, sic infit de improbis, Qui

non defendit, nec obsistit si potest iniuriæ: hic tam est in ultio, quàm si parẽtes, aut amicos, uel patriam deserat. Nempe iustissimum est a matre rerum natura / innocentes seruare, atq; defendere: uelutí illius filios, & fructus optimos, pestiferosq; propulsare, & ut inutiles spinas eradicare de medio iustorũ, ueluti infelix loliũ de medio tritici. Seruatoris testimonio. Improbi naturæ, piæ parenti insidiantur, quæ semper ad bonum tendit: Iccircò contra ipsam agentes, ueluti matrem pulsantes, sunt tollendi de medio. Vnde & Christus Dominus. Qui non est mecum / contra me est, ac per consequens hostis iudicandus a uere sapientibus. Vnde Phisophus libros quamplurimos componens, de summo bono, & felicitate, multa tractauit. Quam opinionem non explosam etiam tenuerunt Theologi, qui Deum Opt. Max. felicitatem exteriorem nominant. Interiorem uero seu intrinsecam felicitatem, quæ cognitio illius est facie ad faciem, sicuti est, & perfecta quies in uoluntate ipso fruendo, ex quo gaudium, quod explicari non ualet, in hac uia mortalium: hoc autẽ propriũ Angelis animalibusq; in Empyreo degentibus, quod etiã Aristoteles credidit, dũ immortalibus Dijs semper beatis tantũ donum tribuit. Hinc etiam in hac uita, Philosophia prima inuenta hominum (quam Metaphisicã uocant) est præstantissima, quia circa superiora uersatur, & æterna. Et quia gratia sui. Valens omnes alias scientias naturaliter inuentas iudicare. Sunt & alij habitus, & uirtutes, bonum cõmune seu Remp. spectantes, quibus homines in pace reguntur. Ideo Prætores, Duces, atq; Reges, tanq̃ nerui, & artes corpus regunt, & seruant. Sic ad uindictam malorum, magistratus, legumlatores, uosq; Ductores exercituum, & cætera huiusmodi officia ad peruicaciã & improbitatẽ tollẽdam. Et ni ita esset, inquit Augustinus. Quid essent Regna, nisi latrocinia? Hæc autem a prima lege duarũ tabularũ in mõte sina, scripta Diuino Imperio orta dicuntur, & nomine decalogi, graues Theologi uocant. Quæ ad bonum comune tuendum nedum tradita, uerũ etiam excolenda sunt. Licet quo ad particularia sint quædam perfectiora, Videlicet si homo proximo inferenti iniuriam remittat, ut perfectionem Domini imitetur, qui ait. Estote perfecti, sicut, & pater uester Cœlestis perfectus est. Sic idem hortatus est Iuuenẽ qui legem impleuerat. Vnde inquit

Math. XII.
X. Ethi.
I. Methaphy
Mar. V.
MAth. XIX

& uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Hoc & præceptor idem compleuit, quando ne dum percutienti maxillam, sed etiam totum se præbuit flagellandum & crucifigendum, dum etiam ne dum tunicam incõsutilem, quam sanctæ fecere manus puero: omnia indumenta præbuit. Hæc autem seruare summæ perfectionis est. Bonum autem cõmune, in pace tueri, neq; homo sanæ mentis iniustam rem arbitrabitur. Dum illius cõmoda seruãtur. Quæ quilibet tueri in omni loco, & tẽpore tenetur. Sic hortatur

I.Thimo.V. & Paulus Si quis curam domesticam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Si Vxorẽ nõ pascis, & filios quis enutriet? Si iniurias tuæ piæ parentis, ubi ossa patrum quiescunt, uidelicet Ciuitatis non defendis, & seruas, quis pro te seruabit? Hinc bella iusta, & sancta sunt indicta, ut propulsentur iniuriæ cum improbis, quibus debellatis bonũ cõmune pacatũ reddatur. Nam Philosophi testimonio, bellamus, non ut bellemus (quia graue Martis opus) sed ut Pacem habeamus, quæ Reip. conseruatrix dicitur esse, & humanæ uitæ, singulare præsidium. Hæc enim iusta caussa bellandi est, non appetitus uindictæ, non insontem lædere, haud Tyrannidem in Ciuitatem exercere. Sic belligerant homines iusti, ueluti Abraham cum cæteris, ut diximus iustis. Sic in Euangelio Centurio ille pugnabat, qui aiebat Domine non tanto dignor honore, ut etiam sub tectũ meũ intres. Sic & Cornelius ille Romanus sacro fonte a Petro expiatus, & paracleto perfusus. Neq; Ioãnes lucerna in scri-

Luca.III. ptura Dei, & quo maior nõ surrexit, disciplinam belli uetuit, sed ait. Estote cõtenti stipendijs uestris, neminem iniuriam inferentes. Qui in re si Resp. consilijs, & religione tueri ualeat, hoc quidem laudabile, ac extollendum, sine armis, bonum cõmune tutari. At si quæ uis hostium urgeat, auxiliante Domino arma, stricta acie in hostilem sæuitiam dirigant, resq; dilapidatas (ut Abraham tam iustum) non pigeat repetere. Neq; Duces, aut Reges Christus dannauit,

Mar.XVII. sed inquit Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, quia præsunt Reges, ueluti Pastores apud Homerum ut ouile canum custodia seruent. Sic Principes militibus aduersus impios tela acuant, ueluti dentes in rapaces Lupos. Et ne sit dubitabile uerum, Christianissimi Reges gesserunt bella, ad repetenda amissa, & repellendas hostium iniurias,

qui aduersati

qui aduersati sunt Christianæ religioni. Nam excidium moliuntur fidei sanctæ hostes, & tanquam sanguinarij crassatores de redditibus ædium Dei, & Sanctorum uiuunt, & impinguati contra factorem rerum, ut Harpyiæ, sacra fœdant. In quibus orationes, & sacrificia accepta altißimo dies, noctesq; puro corde, & corpore casto, offerebant. Nunc uerò (pro nefas) immūdorum canum mesquitæ cernuntur. Eia igitur fidelium cœtus cum Regibus strenuißimis, & Ductoribus, in quibus zelus Domus Dei uiget, uictricia arma sumentes, conserite dextras in hostem. Nam idem Dominus exercituū, armis uictricibus præstabit auxilium. Fouebitq; uirtutes: ac fortitudinem cum magnanimitate donabit. Nā & uobis similibus, scripsit Ioannes dilectus Christi, & Apostolus. Scribo ait uobis adolescentes quia fortes estis. Sic & I. Io. II.
Paulus. Fortes inquit facti sunt in bello. Hoc & Christiana Heb. XI.
sophia, & Theologorum sententiæ, fortitudidem in martiribus admirantur: qui roborati, diros mortis cruciatus non metuere. Ita, ut milites fortißimi dicerētur, & eßent. Vnde de Prothomartire scribitur. Stephanus plenus gratia, & Actu. VI.
fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo.

SAPIENTIA QVIDEM IN DVCTORE, *quàm maximè præualet.*

NEcessarium duximus, in forti, magniq; animi milite, doctrinam inesse. Non enim inficior, natura duce, multos fuisse strenuißimos Imperatores. Nā Marius, & Sylla rudes, in orbe fuere armorum præstantißimi. At ubi ab aratro, uehebātur ad Imperij fastigia, feliciorem quādoq; reddebant Remp. quàm docti. Licet ubi natura parens, & Philosophia, dum iunguntur, si quid admirādum perfectius. Sæpe natura manca sine arte, & ars sine natura redditur diminuta. Natura enim nascūtur in sylua ingentes orni, & II. Phy.
ligna. Sed arte dolantur, & fit lectulus, aut statua. Sic ab arte, primum aratur terra, & semen in agro ab arte spargitur: natura tamen suffragatur, ut grano seu corrupto cōposito, materia, aliam atq; aliam induens formam, ex uno grano tritici, centum pullulent. Sic in omni officio, & arte hominum censendum: præcipuè in difficili Disciplina belli.

Nam prisci, utraq; dote illustres, ingentia facta posteris reliquerunt. Sic ille Scipio Doctißimus. Sic eloquens Iulius Cæsar de quo est illud Elogium. Cæsar in arma furēs, nullam nisi sanguine fuso, gaudet habere uiam hic lingua disertißima, plus quàm potenti ense certabat, ut Cōmentaria indicant: Qui ambas, super quinquaginta gloriosas obtinuit uictorias: neq; arbitror Martem, ipsum superasse bello / atq; Triunmphis. Eadem ratione, Alexander ille Macedo, uerè Magnus fortitudinè, consilijs, magnanimitate primus in orbe fuit: clarißimusq; uirtutum, & Philosophiæ Princeps. Quem Princeps itidem rerum tam naturalium, quàm morum, Aristoteles edocuit, filiumq; suis in Epistolis apellabat, Cunctaq; tāti præceptoris Philosophi: ardua tentans, ingentia facinora, æquabat consilio. Hic enim Aristoteles scientias imperfectas perfecit, nouasq; adinuenit: secādo uidelicet superuacua, ac necessaria addendo. Cuius intellectus magis Angelicus, quàm humanus uidetur: ut Commentator Auer. affirmat: & in rebus naturalibus edocti. Hic ad naturæ archana admissus, uidetur ueluti filius illius, reuelare præcepta, cum proprietatibus seu uirtutibus rerum. Et quæ tam Socrates, quàm diuinus Plato in utranq; partem disputantes, in ancipiti reliquere: hic tam Dei fretus auxilio, quàm summo acumine ingenij terminans definiuit. Ac etiam

X. Ethi. *legi nostræ concors, de uitijs, & uirtutibus disputās, tandem omnia in summum bonum, & felicitatem conduxit: ubi finis uirtutum, & ut dicitur omnium actu humanorum: qui cum honestate, & uirtutibus sunt exacti. Et quod Paulus*

Col. II. *inquit. Videte ne quis uos decipiat per Philosophiam, &*

I. Cor. II. *inanem fallaciam, idemq;. Sapientia huius mundi: stultitia est*

Esa. XXIX *apud Deum. Esaias quoq; Euāgelicus uates perdam (inquit Dominus) sapientiam sapientum: & prudentiam prudentiū reprobabo. Dico quòd Apostolus inuehitur cū Propheta, in eos, qui ambitiosa contentione caligantes, referunt quæ nunquam didicerunt, qui ponunt os suum in Cœlo. Nam Philosophicis rationibus arbitrantur de diuinis rebus omnia scire, cum nil, nisi uerba inania sciāt. Quæ enim diuinitus sunt reuelata, tantummodo Cœlestibus oraculis, aut spiritu san-*

Sco. quest. I. prologi. *cto edocente, sciri ualent. Iccircò Theologi concludunt (& uera dicunt) quòd homini pro statu isto necesse est aliquam scientiam supernaturaliter reuelari: ad quam homo naturali*

ingenio non poteſt peruenire: quæ eſt Theologia, ad quam puri Philoſophi non deuenerunt: neq; etiam ex multis Chriſtianis: qui neq; tabellas Bibliorum, Theologiæq;, tetigerunt quin etiam fricata fronte, nugacibus uerbis, tam de Philoſophicis, quàm Theologicis in rebus ita garriẽtes diſputare audeant, ac ſi detriti in huiuſmodi facultatibus eſſẽt: quorum tandem ſcire, uel neſcire, ullo diſcrimine refert. De his loquitur Paulus. Hoc errore ducuntur quandoq; Romani, ut ipſe teſtatur dum ait. Dicentes ſe eſſe ſapientes / ſtulti facti ſunt. In hãc labem, & Lutherani trahuntur, qui tam de Philoſophis, quàm Theologis, nil penitus credentes, arbitrantur quibusdam uerbis ex Italia (ut ita loquar) ſurtiuis, ſcire quid Prophetæ, quid Apoſtoli cum Chriſto ſenſerunt: qui etiam tanq̃ hoſtes fidei / Doctores Sanctos inſequuntur: quos tamen longæua conſuetudo Chriſtianorũ unà cum Eccleſia probat. Licet enim intellectus noſter ad maniſeſtißima cecutiens ſit ex ſe & Diuina: ex bonitate authoris (qui reuelat) cognoſcit, quæ ad ſalutem attinent, ſicq; captiuare in obſequium Chriſti, quæ eſt prima ueritas, & uita. Si quis aliter Philoſophatur, dãnatur a Paulo. De moribus autem, & uitijs diſputare, licet, præcipuè Doctos. Sic enim multi Sanctorum Philoſophati ſunt, ut Hieronymus, ſuis in lucrubationibus. Sic profundus ille Theologãtium pater, opere (ut dixerim) in tanto, quod uolumen de Ciuitate Dei interpretatur. Paulus etiam Buccina Dei, dũ aduerſus Cretenſes inuehitur: citat Philoſophũ quẽdam. Secundum (inquit) eorum Prophetam recte dictum eſt. Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, & uẽtres pigri. Qui etiam ad ueritatem affirmandam, dum ſacras Athenas peteret, templumq; ingreſſus, dum hac illac uibraret lumina uidit Aram, cui Cœlatum uel ſcriptum erat. Ignoto Deo, actutum intulit. Hunc ego prædico, ſicut etiam quidam ueſtrorum Poetarum dixerunt. Veritas enim à quocunq; dicatur, a ſpiritu ſancto eſt. Ideo allegando talia ſanè dicta, uẽdicamus ut noſtra. Mos etiam penes maiores fuit, hos habere Philoſophos, atq; Theologos: qui ſcirent de clarißimis moribus, & uirtutibus: illis etiam Sanctis habitibus, rebus contrarijs, recto ſermone diſputare. Quibus & Reſp. melius ſeruabatur, de ſummaq; rerum cum ipſis Principes unà cum Regibus tractabant. Veluti pius Aeneas cum Ilioneo,

Ro. I.

II. Metha.

II. Cor. X.

Epi. xxxxiii

Actu.

& fido Achate. Agamenon cum Hectore, tam sene quàm Rhetore Doctißimo. Sic Nabucdonosor sapientem etiam Danielē, tam Philosophum, ac prudentem Virum (inquit Hieronymus in extinctione Draconis) quàm etiam maximum Vatē, præ cūctis extulit. quem Monarcham, Darius Inclytus Persarum, & Medorum Imperator est imitatus. Pharaoq; super opulentißimam Aegyptum, Innocentem Ioseph præfecit. Sic Asuerus super centum uiginti septem prouincijs pacato Imperio regnans, delectos duces, ac sapientißimos coram habebat. Quorum Consilio omnia disponebātur in uniuersis Regnis in melius. Quid de Eximio Prophetarum Mose referam? qui cum Deo loquebatur, ut amicus fatur amico, Cognati tamen sui, uidelicet Ietro almi Sacerdotis Madian consilijs adhæsit: Imperioq; Diuino, in Lege sacrosancta, illa posuit. Quid? Constitue (ait) tibi Viros, in quibus sit timor Dei (adde scientes Iura maiorum) & in quibus non sit annexa auaritia (quia radix malorum) ut ualeant, tātæ multitudinis ferre labores. Tu uerò ad ea, quæ Deum spectant præstò sis. Iccircò uos qui minus instructi forsan literis humanis, & Diuinis, arbitramini: cōsulite, sapientibus pectore toto accipite. Vt Magnus Alexander in direptione Thebarum, sub discrimine capitis Imperauit, ut Laribus Pindari, tot seculis functi parcerent. Honorare uiuentes canos, in quibus prudentia uiget. Veneramini ut patres, uices ut teneant, ueluti Veterani, ac duces belli. Sic enim Reges scientes canere, cantores seruant, & equorum domitores, in Regia alunt. Itidem & uos, in summa rerum, & tanto discrimine belli, tutamini pios sapientes, defendite doctos.

DE FORTITVDINE, MAGNANIMITATEQVE HEROICI DVCTORIS.

ADhuc uobis Ductores Max. Disciplinæ militaris præcipuam Dotem ostendo, uidelicet, cum fortitudine, magnanimitatem. Qui habitus quāquam ratione formali differāt, tamen in idem tendūt. Neq; Christiana Religio in his a dictis Philosophorum est aliena sedenim fortitudo, animi uirtus, seu ut Philosophi aiunt habitus est audaciam arduis in re-

bus, timoresq; horrendos moderans, quæ nedum in Heroicis Viris, sed etiam in sanctis Martiribus, quàm maximè claruit. In quibus summa animi Cõstantia apparebat, quæ alio nomine penès sapientes, fortitudo nũcupatur. Quæ maximè habentem uidelicet, externa bona calcare, seu despicere admonet. Quæ externa dicuntur, dum animum nõ ingrediãtur, neq; ipsum perficiant, sed magis ut aliena bona, quia fortunæ cæcæ subiacent Imperio. Qui uerò ut homo degit, tantum quod honestum est, & decorum optat, atq; prosequitur, neq; fortunæ, aut perturbationi cedit. Sed ad Scopum aspicit, quòd est animũ replere bonis habitibus, ac interiorem hominẽ perficere. Hæc enim præcepta, tam Christianorum, quàm sophorũ: etiam magnitudinẽ animi appellare fas est, quæ appetitum honoris, & gloriæ in hac uita moderando castigat. Quam sententiam nedum Philosophi, uerùm etiam grauis asserũt Theologi. Igitur uirtus tam fortitudinis, quàm etiam magnitudinis animi, tanquam maxima bona sunt amplexãda à militibus, & ni ita sit, tam sanctorum, quàm priscorũ rectè philosophantiũ sentẽtia uitium est. neq; imperitæ multitudini, iudicioq; cæcutienti standum censeo. Quia pestis tam Reip. quàm proborum hominum est honestatem morum contemnere, stultorumq; umbraticas opiniones amplecti. Quis agasoni, uel agricolæ, aut cæmentario, de pondere belli, fidem adhibet? quis inter muliones, parasitosq;, de fortitudine, & animi magnitudine disputabit? Num potius cum sapientibus, strenuisq; Ductoribus? quibus etiam prudentia ueluti norma uirtutum iũcta est. Hi enim tam lacertos corporis, quàm animi Vires, possidẽt dum etiam discolos Ciues armorum conatibus pro seruãda patria obsistunt, & turbulẽtos, ac criminosos, condignis pœnis afficiunt. Hæc enim bellica munera sunt, quæ fortium Virorum partes sunt: ac Sapientum, mandare literis: ueluti Socrates, & Plato, Viri pio Rep. patres atq; tam armis, quàm sapientia Athenas Vrbem Inclytam seruantes. Ex nostris uerò, Africanus, Brutus, Lucius, Lucullus Romanorum opulentissimus: qui tum armis, tum sapientia toties tutati sunt Imperium. Sic in Coclite Oratio apparet qui deciso ponte atergo: fulgentibus armis, in sacrum se dedit Tybrim, ueluti seruantem patrem quo Victor, patriam seruans, rediit ad suos. Ibi enim, tam forti-

Ethi. II.

Ethi. VII.

tudo, quæ horrenda mortis pericula subit, quàm etiam magnanimitas ostenditur, ad res ingentes obeundas, ac moderando ut prudentia dictat. Qua in re Philosophus fortitudinem a magnanimitate utcunq; distinxit / dum præcepta utriusq; separata posuerit, ac solita, pudentiq; soterma, ea prosequitur. Scire tamen debetis o filij, in paucis ueram fortitudinem uigere. Virtus enim est, quæ tamen circa difficile,

Aenei. VI. & bonum honestum uersatur. Sed pauci quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus. Ardua enim & scrupea uia, & una est, quæ ducit ad uirtutem. Secundum Hesiodum, Sapiētissimum Græcorum Vatem, qui etiam intulit. Virtutem posuere Dei sudore parandam. Scire uos etiam uelim, qui nimia utuntur audacia, non esse fortes, sed animalia ferocia imitantes, ut sunt Tigres, Vrsi, Leones, & cum Draconibus, Hydri. Sic & multi etiam milites non clari, at mediocres, minimo uerbo, quàm parua lacessit iniuria, ad arma confugiunt, fortunæq; ancipiti uitā, & gloriam: dedecus & mortem donant. Ignorantes illud Ductoris Maximi Dauid, ad Ioab: q, uarius, ac dubius est

Aenei. X. euētus belli. Hāc petulantiæ labem Turnus tenuit, dum portētis ad salutem nō creditis, in tela se præcipitē dedit. De quo Vergilius. At non audaci cessit fiducia Turno. Qui tandē ense non suo, sed futili disiecto, a pio Aenea mactatur. Sic duello, uitaq; cū gemitu fugit indignata sub umbras. Oppositum, sapientes grauitate, & prudentia, acerrimos deiecerunt hostes. Exemplo est quintus Fabius ille semper Maximus. Qui Almam Romam, toties a ferro, & igne seruauit. Ac teste Ennio: non ponebat rumores ante salutem. In Ductoribus tamen fortitudo cum Magnanimitate exquiritur, quæ appetitus honoris, & gloriæ moderatur, auxiliante etiam natura cum sapientum Legibus. Vt omnis uirtutum decore seruato, ueluti omni armonia corpus cōpactum, cuius si una uirtus uiolata fuerit, totum costitutum labatur. Veluti etiam de erratis capitalibus fideles asserunt. Qui in

Iaco. uno offenderit factus est omnium reus. Sit igitur connexus uirtutum cum cæteris, ad pugnam requisitis: quia tunc etiā duello, pugna licebit, sicuti pro bono cōmuni tuendo, exercitibusq; unius partis etiam seruandis. Sic tempestate nostra uictores Itali, cum totidem Gallis pugnarunt, penes Castelum nouum Neapolis. Eodem bello Manlius quondam, de

hinc Torquatus a torque precioso Ductori Gallorũ detrãcto pugnauit: Iusta illud. Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum. Iulius etiam Cæsar bis in duello pugnauit, qui summa, & agili fortitudine ita fretus, ut primo ictu hostem deuicerit, neq; in terram prosterni sustinuit. Hoc idem bellum cum Indorum Rege uidelicet Poro Alexander cõmisit, sicq; licet corpore paruus, tamen uictor de Indo Triumphauit, in quo fortitudo / Magnanimitas in supremo iũctæ erãt, & conscia uirtus. Sic ex Græcis, Troianisq; multi de quibus noster Vates. Magnanimi Heroes nati melioribus annis. Inter quos, fortißimi Hector, & Telamone satus uidelicet Aiax, ambo affines (nam Aiax ex Isiona sorore Priami cretus) ambo insignes præstãtibus armis, quos e duello nox sola diremit. At de Afris, ut fuit infidus Annibal nec qui cum Heroicis annumerari censeo quia Phormionem doctum de bello rectè disputãtem reiecit: nec mirandum arbitror, hominem infidelem, contemptoremq; diuũm: ac ortu & malis moribus barbarum, ut gallum utiq; stolidũ sophiæ deieciße margaritam: dum inter rudes, & inscios, & sapientes: oppositio fit priuatiua ueluti inter uisionem desideratißimam cæcitatemq;: & sicut alma lux, tenebris opponitur. Neq; etiam paßa sunt Italorum numina, imò Deus Opt. Max. ut spurius, & crudelis, Romam obtinet, qui iam sexdecim annis Italiæ oras barbarica Tyrannide fatigarat. At sapientia, & armis Scipionis magni (cui adhuc lanugo, seu pubescens gena florebat) cum dedecore eiectus. Hic tandem Carthagine sub tributo redegit, alter uerò ex toto deleuit. Recolite o præstantißimi in Domino filij, quos iternm in uisceribus Christi parturio (meministis enim) illud exemplum præfulgidum, de puero Dauid, fide, & Magnanimitate pleno qui in duello cun nothò Goliath pugnãs, in terrã duro prostrauit Lapide, sicq; ipsius hostis capulo hostem truncauit, & iacet sine nomine corpus. Quàm celebranda, illustrisq; uictoria: ut præpotens hasta gigantis, magnitudini ligni teretis liciatori æquaret. Lanceæq; ferrum huius, ut Hebræi referunt, septuaginta librarum põderis eßet. Iccircò in choris, & citharis, Triũphum celebrantes canebant Rex Saul uidelicet, percußit mille, Dauid uerò decem milia. At si prima duelli repetatur origo. Hoc inuictus Alcides Cacum, spirãtem naribus

Aenei. VI.

Aenei. VII.

ignes deiicit: & Hydram, tot sibilis uenena dira uomentem Tiphœumq;, Gigantum Ductorem, tam acerrimum, q̃ ingentem. De quo clarißimus Vatum. Non terruit ipse Thiphœus, arduus arma tenẽs. Itidem fortißimus Heroum Hercules (uera proles Iouis) Antæum inter Gigantes potentißimum, in duello prostrauit. Cuius Gigantis scutum, elephantum ex oßibus ita compactum fuit: Vix ut sex robusti homines, simul ferre ualerent, qui tantum Vrsorum, Leonumq; (quos uenatu capiebat) uescebatur carnibus (ut in Triumphis Herculeis, latius diximus, quibus & Allegorias confecimus Christo) Ambo tandem in nodum complexi, piceoq; sudore decurrente in solum. Hercules ipsum ueluti ingentem molem eleuans, sua ad fortißima pectora angit, ac terræ parenti exanimem reddens, intulit. Hunc Antæo iaces. Hæc igitur sunt bella ab illustribus, nõ obscuris exercenda, ut sua seruetur dignitas, & uersari magni animi Virum, in magnis rebus arbitror: dumq; de maximo honore tractatur. Sit tandem illud esequi memorandum. Parcere subiectis, & debellare superbos. At magnorum uirtus maxima est in commißis, iniurijsq; aliorum obliuisci. Nam nil claro Viro dignius clementia, inqua excelluisse Iulium Cæsarem Legimus. In hanc legem, natura uere nobilium inclinat, prudentia cum recta etiam ratione dictat, uolũtasq; Viri fortis appetitum iam uirtutibus domitũ, unà cum ratione, a qua non rectè separatur, mandat, & exequendum præcipit. Sic affectus, rationi ut Principi præstò est ad parendum. Nam prudentia, cum uirtutum choro tunc iuncta cum honesta uoluptate, actiones morum perficiendo gaudet quia ex honestis habitibus nascuntur, ueluti ex præstãtibus, & optimis parentibus, præstantes etiam nascuntur, & filij. Natura enim motus, & quietis principium, Vis est indita rebus, similibus similia procreans, ut quadrupes quadrupedibus, pennata pennatis nascuntur. Sic ex hominibus probis: ut in pluribus (ut bona etiam terra culta, bono fœcũda semine) similes nati imbuti moribus, producãtur in lucẽ.

Aenei. VIII.

Aenei. VI.

DE MANSVETA HVMILITATE, AC BONI DVCTORIS MODESTIA.

Addendum

Addendum in præsentia censeo, fortitudini huic (de qua in medium tulimus) mansuetam humilitatem, Modestiamq́; totius Heroicæ uirtutis condimentum, Magnanimitati: Vt ratione, & prudentia tantarum uirtutum, ueluti æqua Lãce uirtutem æquemus, sua addentes põdera. Optimum sed enim uirtutis est, cũctis in rebus, mediam secare uiam: Vos igitur, quibus & pia pares Naturã, Deusq́; tam fida tanq́; fortia dedere pectora, sic & actiones (quibus Virtus cõstat) iungatis tam utiles, quàm honestas: ut finem optimum, uidelicet laudem, præmiaq́; digna a summo Iudice, inuentoreq́; rerum, tanquam bonum castrense, ac triumphum accipere ualeatis. Actiones enim cum honestate, & acceptatione Diuini muneris fiunt ad gloriam, utriusq́; uitæ laudem. Nam rectè uelle, ac bene exequi, seu agere, finis actionum constituitur. Nam, qua in re cuiusq; rei, propria illius operatio, finis dicitur. Vt equi current, & auis effecta sit ad uolãdum. Vt testatur Philosophus. At quot operationes sunt sic & fines particulatim esse dicuntur, quorum alter altero perfectior esse dicitur. Actus enim cælibatus, præstãtior est actu nuptiarũ: & paupertatis Apostolicæ, actibus diuitiarum. Vtrunq́; tamen ad bene, beateq́; uiuendum, datum est hominibus, in hac uita degentibus. His enim actibus, auriga uoluntas est cum ratione, neq; absq; intelligentia, operatio bona, aut mala nuncupatur. Neq; teste Philosopho, aliquis bene, uel male agit, nisi uolens. Volũtas enim in toto Regno animæ, regina dicitur: quæ in utranq; partem libera est. Quanquam ad bonum, gratia Dei indiget, & Charitate quæ eadem res, & habitus est, Deum, & proximũ spectans. Qua auxiliante, rectè quis operatur, & meritoriè: concorde etiam uoluntate per essentiam libera. Vnde Cytharedus Vates, utrunq; cõplexus, dum ait. Aperi os tuum (inquit Dominus) & ego adimplebo illud. Sicq́; ad Cain. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius: non ne si bene egeris, recipies? Si autem male, statim peccatum tuum in foribus aderit: ad te accusandum, ac eodem modo secundum mensuram dedisti castigandum. Valeant igitur cum sua inscitia Lutherani, de quibus alibi longo sermone disseruimus: & reuertatur, unde digressa est, Oratio: & de institutis, ueluti sacramẽtis militaribus, ac uirtutibus prosequamur. Nam de Fortitudine, & magnanimitate, quæ

I. & X Ethi.

V. Ethi.

Gal. V.

homines claros reddit, atq; illustres. Sic & humilitatem, nec quidem ei aduersantem, sed consentaneam, sororem'q; fas est appellare, si res ordine suo dignoscatur. Sicuti superbia, ab omnibus despicitur, & arrogantia, quae maxime tam Philosophis quàm religioni redditur inuisa. Ita humilitas ab omnibus uirtute preditis, uerbis factisq; complectitur. Iccircò Ductor noster maximus, homo uerus, uerusq; Deus insit. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Haec ueri militis arma, Paulus nos obtulit, dum ait, Induite uos sicut electi Dei, benignitatem cum humilitate. Cui ex diametro superbia contrariatur, & ambitio: nam grauissimum esse peccatorum nemo sapiens ambigit esse superbiam, quae tanquam inuisum monstrum / acer sui numinis Deus deiecit a superis. Humiles uero summo honore / altissimum uenerantes, coluntiactantiam aufugiunt: quia infirmitatem propriam / ponderando mentis acie, cognoscunt, qua in re, in se in omnibus humilitate / humi se prosternũt: ut manu Dei, in tempore oportuno eleuentur, unde ecciderе superbi. Cui sententiae, nedum Theologi, uerùm etiam & maiores Sophi, in suis monimentis, talia nobis reliquerunt. Qua in re, Diuinum Platonem sic scribentem audiamus. Deus inquit uindex eorum, qui a lege Diuina declinãt, Cui Iudicio adhaerens, qui beatus esse debet, eundem sequitur: humilis, atq; modestus. Qui uerò superbia effertur, uel opibus, aut honoribus / formaue corporis intumescit / iuuenili, & stulto flagrans animo, quasi nullo praefecto ducéue indigeat, sed ipse potius ualeat aliorum esse Dux, & moderator, hic deseritur a Deo, relictusq;, & alios sui similes nactus, exultat, nec sine uulgi laude conturbat omnia. Haec quidem Diuini Platonis uerba, tanquam Coelo delapsa; & notis aureis decoranda. Sic Homerus. Sic Hesiodus (quos Aristoteles, ueterum Theologos appellat) sub Gigantum similitudine, qui cum immortalibus pugnare ausi sunt: de quibus etiam Allegorico illo Triũpho, qui & ultimus est, ubi inuictus Hercules cum Atlante, Coelum sustinuit. Longiori sermone scribitur. Quid enim est cum Dijs pugnare, nisi legibus naturae, & aduersus Deum uiuentem pugnam uitijs inire? licet & ueri Gigantes in orbe fuerint, iuxta illud Genescos. Gigantes erant super terram in illis diebus, Viri famosi, uidelicet in malos potentes a seculo (non a Deo) Hos

Math. XI.

Collos. III.

Lib. IIII. de Le.

imitantur qui sunt ex militia Sathanæ, superbi elati, proprijs Viribus, non in Deo fidentes. Veluti Aiax opem Diuinam, patrisq; mandata contemnens, qui tamen de colendo Deo præceptum dederat. Superba tamen mēte perijt. Dū potentissimi Achillis arma sapiens Vlysses, sibi in concione ducum, & Exercitus Græcorum, sibi uindicarat. Et quantum posset facundia ostendit. Vbi sapientia præualuit. Tādem idem fortissimus Aiax pugione, quem Hector dederat, sese confodit: licet munus, non hos quæsitum in usus. Sic & Achilles omnium Graiûm fortissimus, Agamennoni, parem se fecit, quo scelere, a Doctissimo Hectore, dicendi copia, disertissima in oratione damnatus. Eodem modo, & Salmoneus itidē inter Græcos clarus. A Ioue fulminatur, cū Diuinos honores sibi uēdicare ausus sit. De quo clarissimus Vatū Vergilius inter dānatos, his carminibus, ipsum sic incusat. Aenei. VI. Vidi & crudeles, dantem Salmonea pœnas. Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi. Quatuor hic inuectus equis, & lampada quassans. Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis Vrbem ibat ouans: Diuûmq; sibi poscebat honores Demens: qui nimbos, & non imitabile fulmen Aere, & cornipedum cursu simularat equorum. At pater Omnipotēs densa inter nubila telum Contorsit, non ille faces, nec fumea tædis Lumina, præcipitemq; immani turbine adægit. Hic clarus nempe, ueluti malus, & efrons tirunculus, audaciam Gigantum secutus est: de quibus scribitur a Marone. Hic Aenei. VI. genus antiquum terræ, Titania pubes Fulmine deiecti, fundo uoluuntur in imo (ueluti Lucifer) Hic & Aloidas geminos, immania uidi Corpora, qui manibus magnū rescindere Cœlum Aggressi: superisq; Iouem detrudere regnis. Nam eodē etiā loco, Phlegiasq; miserrimus/omnes Admonet, & magna testatur uoce per umbras. Discite Iustitiam moniti, & non temnere Diuos. Vos igitur humiliamini sub potēti manu Dei (ut sacræ ostendunt literæ) Vt uos exultet in tempore oportuno, neq; humilitatem, magnanimitati esse cōtrariam arbitrari debetis: quanquam magnanimitas ad magnas res obeundas inclinet, humilitas uero honores ad ima deijcit. Nam magni animi est, magnarum etiam rerum, decorem ostendere: modesta uero humilitas, honores, aut fugare uel coherecere: Sicq; mediū uirtutis inter utrunq; seruatur. Hoc & magno Aristoteli consentaneum uidetur/qui Ethi. IIII.

tit. Magnanimum quidem esse magnitudine extremum, medium tamen tenere, si rationem spectes: pondere humilitatis apposito, dum omne bonum desursum sit mortalibus datum, homo uero figmentum est, & fictili testæ cōparatum. Deus tum superbis resistit, humilibus uerò gratiam confert. Hoc & apud gentes imitandum legimus. Nam clarus Aristides ad bellum inter Atheniensium ductores est delectus, quibus lege cautum, ut quilibet sua die, uelut Imperator exercitū regeret. Aristides uerò diei suæ uires, Milciadi (qui omnibus dignitate, & auctoritate præerat) trāstulit. Cuius humilitatem sunt cæteri duces secuti. Hæc salutis, & uictoriæ aduersus Persas caussa fuit. Procliuis igitur humilitas magnanimitati cōsentanea uidetur, quæ & magni animi honores temperat. Pari etiam modo, & diuitiarum uoluptates temper, tia in melius disponit in moribus. Non enim diuitiæ bonæ in se, uel malæ sunt, diues sidenim fuit Abraham amicus altißimi in poßeßione argenti, & auri. Et diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, inquit Psalmographus: malum enim non diuitijs, seu paupertate / sed in moribus constat. Quanquam magni Principes, Regesq; Incliti ridiculi sunt / ni opes adsint. Præstantißimi etiam & magni animi est, iniurias remittere, & malorum obliuisci: qui uerò aliter sentit, magno errore allucinatur: & pro minimo, hostem cōcitare magis ambitionis, quam uirtutis est. Licet uulgus, falsa opinione seu errore in oppositum refragari nitatur. quod tamen nō est rationi a sanæ mētis sapientibus præferēdum. Et ut rem ipsā tandem paucis absoluam, Fortis & magni animi est neminē lædere, nisi maxima intersit iniuria: ut falso de uenditione patriæ. Nullius honori, aut rebus secūdis inuident. Virtutem ni omnibus sequi, proximos quantum ualet adiuuare. Nihilq; amabilius quàm omnibus benefacere Iccircò Ductores, & qui præsunt / illud speciosißimum Titi Imperatoris recolant, qui ob uirtutum claritatem / deliciæ mundi appellatus est. Quid? Non decet (inquit) quenq̄ exire tristem a facie principis. Sit igitur pax inter proximos, ueritas in corde, labrisq;, modestia in uerbis, Iustitia in operibus. Humilitas ni societate, in actibus disciplina, in operibus semper iugis resplendeat clementia. Fructus etiam boni Militis Christianæ religionis, Ductor noster Olympius,

Gala. V. *nobis memorat Charitas: gaudium: pax: patientia: longa-*

nimitas: bonitas: benignitas: mansuetudo: fides: modestia: continentia: castitas.

DE HVMANITATE ET CLEMENTIA, ERGA CAPTIVOS.

M*Axime concupisco Ductores fortissimi, ut parta tandem uictoria, qui finis belli dicitur: captiui fructum aliquem ualeant uestris in eos promeritis percipere. Quid enim clarius, quidúe splendidius, quàm liberali manu beneficia serere, ut & pinguiorem messem, segetesq; lætas, oportuno tempore, metere hilari fronte possitis? Memoriaq; sempiterna, tantorum operum / in benedictione hominum Deumq; permaneat? Sic & lucubrationes hæ (quantulæ sint) ut uiuæ imagines per orbem cursitantes, munera uestra, factaq; ingentia canant. Licet enim exiguum in me ingenium sentiam auxiliate Domino, sub cuius ditione cuncta sunt posita, legitima facinora (ueri decore seruato) posteris referam. Ne & qui corpus nostrum contexerit tumulo, nomẽq; nostrum obruat. Sic pij Vates Homerus, Vergiliusq; cum Sapientibus, consuetudinem hanc castam sanctamq; nobis præstiterunt. At si quando uox ista precesq; alicui ualuerunt, oro, atq; precor, ut & uos uictores, captiuis miserabilibus, opem feratis memoresq; quòd in ancipiti cursu, fortuna refertur, nemo enim sapiens, ipsam ab inconstantia, temeritateq; sciungit. Iccircò captiuos uidimus uictores effectos, humanitatis eadem hora reddidisse uices. Hunc præstantissimum morem, consuetudinemq;, uehementius Latium nostrum semper excoluit: donauitq; cum captiuis iniurias: digno etiam in Vrbe hospitio suscipiens. Quid immortalem Virum Scipionem clarissimum, memorem? Qui de Hiberis Triumphans: captiuus ex primatibus, quinquaginta milia aureorum, pro libertate offerens, qui & nouus sponsus, neq; desideratos Hymenæos celebrarat: nam & sponsa præstanti forma insignis bellorum perculsa terrore, ad tutiora loca se receperat. Iureiurando Imperator militis Scipio mandat, ut intacta puella, reuocetur ad propria: uisaq; speciositate illius, nec cæca cupidine adolescens capitur. At promissam pecuniam a marito, sponsæ tradidit. Raræ cla-*

rißimeq; uirtutis exemplar præfulgidum: quo & uniuersa Hispania, nouo inito fœdere / sponte se donauit. Sic adolescens fortibus animam bonam ingeniosus / Sapientißimum Salomonem imitatus doctrina, nedum præstantibus armis, & animo, uerum etiam pubescente gena, Ductor iam maximus, uirtute noua / naturæ benignitate triumphauit. Hæc nostrorum stratogemmata / quibus quantum Sol decurrit, & complectitur Occeanum, tot seculis imperarūt orbi, frugifera concordiq; pace, qua indies solidas uires suscipiebat Imperium. Nosq; literis ad communem Rei. utilitatem mādamus: inquibus iam tot annis uiuimus a quibus etiam uoluptas, & somnus, nunquam retardarunt. Hæc in lucem proferre uoluimus, ut & uos, præsentes ludos sequamini, & aleas: hic enim ueram honestatem, æternamq; laudem seruabitis. Quibus tam libri, quàm Sapientum uoces, & exempla priscorum loquuntur ad salutem: nedum ad intuēdum, ac fortè admirandum: uerum etiam ad imitandum, tot fortißimorum exempla uirorum: quæ pij patres, nobis posteris reliquerunt. Hinc ad incitamenta uirtutis, & ipsorum memoriam, altæ Pyramides, ingentes Colossos colunnæ, in quibus eorum gesta cælata remanent. Arcus Triumphales: effigiesq; ex ebore, ære, & auro spectantur. An & uos existimatis aut suppetere mihi posse, quòd quotidie in tanta uarietate rerum scribimus uirtutis amore, nisi animū doctrina, & labore semper excolimus? Fatemur enim, priori etate, excellenti ingenio illustres, etiam sine doctrina: sed opitulante natura, modestos, atq; graues fuisse. At cum ad illustrem naturam, ingenuamq; indolem, comes accesserit ratio, firmaq; doctrina: nescio quid maius, ac præclarius, poßit a superis donum collatum esse mortalibus. Tanto munere donati sunt (ut tulimus) Africanus ille, Lælius, Lentulus, cum Mœcenate, & Lucullo: hic Cato senex paribus curis Vestigia figit. Quibus Paulus etiam Aemilius nō inferiora sequutus iungitur. Singulos modestos, atq; continentes perscrutamur. Hæc diuitiæ nostræ sunt, quæ adolescentes alunt, oblectant senium, fortunæ res ornant, atq; ut decet seruant: solatia præbent cultoribus, ac semper comitātur patronos. Quos nox etiam absentes diligimus, admiramurq; / dum tot bona ab eruditißimis accepimus, qui si Deorum munere, ut ab omnibus laudari, digni sint. Veluti

de Homero legimus, quem Colophonij, & Chij repetunt Ciuem esse suum: Salaminij municipem uendicant. Smirnaei suum asseruit/ ædemq; in Oppido sectantes dicarunt. Hæc sunt sancta, & semina rerum, ac memoriæ sempiternæ/ quæ in orbe terrarum sparguntur, ut probi, & sapientes, tanquam propria alimonia pascantur. Quo & cæteros procrcēt etiam similes, dignitate, ingenio, uenustate, consilio, & humanitate, ac mansuetudine: præcipuè erga calamitatem, miseriamq; captiuorum. Iccircò quātum meus amor in uos semper uiget hortor, ut misericordia/ falsam opinionem pellatis. Qua in re humanitate, liberalitate utendum moneo. Veluti Pyrrhus cum Romanis impleuit. Dum Ciceronis testimonio, sponte captiuos donauit, magnumq; animum, in hæc uerba ostendit, inquiens. De offi. lib. I.

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis:
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro uitam cernamus utrique.
Vósne uelit, an me regnare hera, quidúe ferat fors,
Virtute experiamur. Et hoc simul accipe dictum.
Quorum uirtuti, belli fortuna pepercit,
Eorundem me libertati parcere certum est.
Dono: ducite: dóq; uolentibus cum magnis Dijs.

Præclara, Regulisq; Aeacidarum sententia. Qui non pecunia, sed ingenua sanè munificentia (captiuos reddebāt) Cæteri uerò, bellum quandoq; cauponantes, sicut qui in tabernis degunt, qui non nisi cupiditatibus, & mendacijs uitam transigunt. Qua in re, suis in Epistolis Diuus ille Hieronymus uendentes Dei Verbum, taxat. Cauponantes inquit Verbum altissimi. Dictum Schariothis, etiam sequētes/ qui cum Iudeis Christum Seruatorem mercatur. Quid uultis (inquit) mihi dare, & ego cum uobis tradam? Hunc nedum Hebræorum Sacerdotes, uerum etiam ex sacerdotibus Christianis/ nomine tamen: ipsum, & Simonem magum sequūtur. Vos igitur qui sacra Deo Opt. Max. ministratis, instituta Patrum seruate, ut qui dignitate præestis, sic religione, & moribus, uitaq; cæteros quanquam clarissimos superate (ut Resp. fidelium) uestra auctoritate, studio, sapientia, præstantiq; fide, semper tueatur. Hoc idem de uobis Ductoribus cēseo, ut salus, uita, templa sacri bona fortunæ, domicilia uestræ potestasti commissa/ ac ex toto credita:

potentiaq; dextrae recondita praestantibus armis / uirtutibus, & consilio defendite / captiuosq; libera manu relaxare: De= miror enim quosdam, permutare homines, ut quondam illa etas, quae gladibus uescens: Armenta, Oues, & caetera hu= iusmodi commutabat: Non enim Viri, uendi, aut permu= tari debent: ut equi, aut rudentes aselli. Sed imitari Ma= uortis filium, uidelicet Pyrrhum, qui non in huiusmodi ui= li mercatura, sed in collocandis exercitibus, primam sibi gloriam comparauit. Aliud non indignum memorandum arbitror, ut etiam si quae hostibus, fide data, promiseritis: omnino absq; calliditate, seu uersutia seruare uelitis. Est enim elogium, nullam fidem hominum generi clariorem eue= niri, cum Iulij Caesaris sententia habet, uidelicet, Iusiuran= dum uiolandum fore, caussa regnandi. At omnium Sapien= tum cõsensu sancitum, quòd exteris, hostibusq; semper ser= uanda candida fides: etiam si hostili ariete / murum tuum percusserit. Marcus Regulus, primo Punico bello, Dux Ro= manae fortitudinis ostendit, qui captus à Poenis, cum de ca= ptiuis commutandis, Romam uenisset, sedq; rediturum iu= rasset: de non captiuis reddendis in Senatu orauit: O` Me= morabile dictu, non chara soboles, nec ullius ualuere pre= ces, quinadsupplicium rediret, ne fidem hostibus datam uio= laret. Fallitur attamen haec sanctiss. uirtus, ambobus cõtra= rijs: Vi, scilicet, ubi Leonis ira cernitur, aut fraude, que Hominem in uulpem transmutat, ut qui in diuinam condi= tionem uerti non possit, uertatur in belluam: summum ho= norem, Metamorphosi in insipientes etiam quadrupedes mutans: quia similis factus est illis. Sicuti beneficentia, li= beralitasq; sunt tanti, nil hominum naturae, sit clarius atq; commodius. At si forte digressi sumus, reuertatur unde di= gressa est, soluta narratio: uobisq; clarissimis satis dictum: ut ingenium, fidem, concordiam, honorem, uirtutem se= quentes (ut de more seruatis (itidem humanitatem, & cle= mentiam (quae est Principium Ductorumq; dos praestãtissi= ma) amplecti uelitis. Cui omnis sequitur salus, & de hosti= bus uictoria, atq; Triumphus. Vt & pace nihil habitura insidiarum, fruamur.

Decis. lib. 1.

Pacem hortari

DE COELESTI AC FRVGIFERA PACE, ad fidelium Principes, Ductoresq; Max.

PAcem hortari possum (licet immeritus) Inuictiß. Cæsar, Maioresq; Christicolæ, ut in Castris præcipuè, cunctis in rebus anteferatis. Vita enim hominum deserta, ac Ductorum manus inualida, omniq; carēs præsidio, ni amoris cincta uinclis, tueatur. At hæc ipsa res, spem nobis certißimā reddit, quando non alios quàm sanctißimæ pacis, exquisitæ indaginis, diuiniq; iudicij, ad Fasces ac Remp. gerendam, idoneos existimatis qui uerè paciferi, & uolentes pertrahuntur. Hi uelut arbor uitæ, in medio deliciarum Pomario, in Orthodoxà uinea Domini Sabaoth, dictis, factisq; egregijs, tanquàm odorati flores, fructusq;, æternæ pacis pignora, Diuo sapore, Cœlesti incremento erumpunt. Auget, & nostram de te fiduciam, Max. Cæsar, quoties menti occurrit, quòd eruditos, ac prudentes, tanquàm Reip. ornamenta, plurimum splendoris, ac dignitatis indies amplissimo munere donas: neq; hominem à te pluris fieri, quàm Vir qui aliquo optimarum uirtutum splēdore, cæteris præstet. Iamq; tuo auxilio, sapientia & nobilium artes reuiuiscunt, ut hilari fronte acclamare poßimus. Sunt hic & sua præmia Laudi. Aenei. I. Dum tam duri Martis alumnus, quàm Ingeniorum parens uidearis, & literis fulgentes, complectaris ut natos, ac libentius etiam tectus armis, cum eis conferas gradum, ueluti Cœlicolarum Imaginibus, in quibus Diuina clementia super cæteros irradiando splendet. Sic Alexander ille Macedo, qui tot regna suis pugnando euerterat armis, cum Aristotele, & Agamēnon Maximus Ductor Achiuūm, cum eloquenti, ac doctißimo, lōgæuoq; Nestore. Sicq; summa opinione arbitrantur fideles, ut quondā Romanum, felix Imperium omnia hostium cōterens regna, tam uirtutum, quàm disciplinæ belli, ac bonarum artium, in primam amplitudinem redeat. Multis igitur Triumphis, Tu uerus Augustus Cæsar, tu uerè magnus, dum salutaris Reip. molem, tanquam frugiferum collatum a superis munus, tueri ducis. Talibus modo prudētia tua prospicit, quid almæ fidei Ductores, uniuersusq; populus abste expectet. Quanquàm multiplex onus regnorum humeris sustineas, patrum exempla tuorum, & horum temporum fata: qui-

bus minitando, iam iam bacchatur Regum discordia demēs Quæ nescio, quo spiritu ad horrenda bella impellit. Tu uerò patriæ fidelium pater, nil intētatum relinques, ut Imperatoria, ac præpotenti maiestate eadem, lachrymabili, Luciferoq; bello finem imponas. Sic tandem, ne Schismatum, nec discordiæ indignitas (res proh dolor inuisa) placidum tui pectus, Cœlestemq; animum, inuadet. Ni fiat, ac tantus in lucem erumpat Sanctissimæ pacis fructus apprime timendum, ne Allecto, Acheronta mouente, omnia ruant in præceps. Quid? Heu ne in primum Chaos uertatur Italia, uniuersaq; Christianorum religio. Quam Piam parētem, ut affligere, ac nutricem pulsatam propellere, impium est.

ADVERSVS HOMINES, QVI DISCORdias fouent quos Deus, & omnis creatura damnat.

VTinam fouentes discordias, nouissima prouiderent, qui tā extrema agitantur dementia, ut furijs acti (uelut Horestes) a prudente, tali Lethargo immuni, facile iudicentur. Cui par est, ipsorum deflere insaniam, quia passim allucinantur, dum nigrum in candida uertunt: tot Hercle studijs, ac ingentibus curis, solicitāt, tam in exercitu, quàm in patria, ac laribus, pacis fœdera infringere. Quo fit, ut omnis religio, pietasq; depereat: corpus & Christi Mysticum scindatur: ac crudeliores Iudæis, gentibusq;, inconsutilem Orthodoxæ fidei uestem. Christicolæ nomine tantum, in frusta scindere tentent. O' uesana crudelitas, ò fera pessima, quæ innocentem Ioseph deuorans, ipsum mercaris, cui nulla cedit cupiditas, nulla turpitudo retardat: quin in deterrimas partes, mores, iuraq; hominum cōuertas omnia. Ita ut crudelem, nemo Virum, nemo Fæminam appellare ualeat: at immanem belluam, dum nil ad formam hominis seruet: oblitaq; similitudine Dei (qui est princeps uirtutum) caractere cruentæ bestiæ gerat, uidelicet Sathanæ. Vosq; si spiritales estis, si bonitatem, si uirtutem, unitatemq; diligitis, tantum a fidelibus cohibete uenenū (Dij talem terris auertite pestē) Hi discordes in omni genere, uirtutis, & boni (uenia data eloquar) pacis hostes, duriores sunt adamante, cui & Vis tāta, ut nec Vulcano, neue ferro cedat, hircino tamen cruore

mollitur. Isti uerò neq; agni sanguine (qui inferna scindendo dulcia fecit) ueluti ad Solis radios durescunt ut lutum, quos, & Meotica damnatorum Palus, Lapidosos indies reddit. Adde & Tartareas etiam sedes, alta ostia ditis. Et scelerum pœnas, & te Catilina minaci pendentem scopulo, furiarumq; ora trementem. Sicq; magnete solido / sunt frigidiores, & ferro, dum amoris diuini / piæq; parētis naturæ uinclis, unitati hominum sunt inhabiles. A magnete taxantur, quo perdurum ferrum trahitur. Sicq; ambo tam solida in societate persistūt. Apes etiam Dædalæ, mella stipant, tecta fingentes, aulas, thalamosq; ornant, quibus & maxima pacis uincula, dum omnibus una quies operum, labor omnibus unus. Ac Remp. tutari suam, unus amor: & suæ gentis fœtus, uti tirones educunt, ut sub Sole exerceat labor: nocteq; artus lassi quiescant. Sic & formicæ uigiles, ad quas, Ignauos Salomon mittit, uade inquit ò piger ad formicas, quæ prudenti sollicitudine, horridam hyemem pensitant: semita lōga, nigroq; agmine, depopulāt cererē semina condūt, quæ ne humiditate pigra, repullulent, frumenta trudūt, & germina sicant. Sic unitate cōcordes, uitam paciferam ducūt. Fulminātes apri, dente certant, grunitibusq; ad ipsorum bonum commune tuendum, concurrunt. Sic uillosi Leones turmatim sese defendunt. Vrsi uenabula fugientes, paruos etiam natos in armo ferunt. Clementes penes Romanos Ciconiæ, senes proprios alunt, ac effœta senectute inualidos operiūt alis: beneuolētia enim naturæ agnoscunt. longæuis nil crudelius, quàm frigora pati. Cuncta, quæ operatus est summo amore Altissimus, proprijs politijs gaudentes utuntur: uniuersaq;, tam inanimatæ creaturæ, quàm pēnatorum, & quadrupedum species, Remp. tuetur suam. Sola effera hominum manus, turbans omnia, nuda ac inermis nascitur: ut ratione (quæ diuina res est) ualeat pasci, ingruēte negotio, arma parare, atq; sese tueri: mutuo sermone conciliari: amoris, ac beneuolentiæ, suauissimum naturæ piæ parentis munus, iucundè in Domino uicissim complecti. Nam genitor omnium, & munificētissimus pater Deus, sagaxq; mater natura flammas amoris homini inseuit, ut pace, pietateq; frueretur, qua cōceptus, & nutritus est. Hinc res singulæ, homines ad unitatem deducunt, Deus, Astra, mores, leges, studia, uirtus. Ast contraria reddūtur

Aenei. VIII.

Geor. IIII.

naturæ pignora (heu) nunc uicißitudo extranea. Nam humanum genus, litibus dequoquitur & Iurgijs: in exhaustis crebro bellis, tandem emoritur. Quo fit, ut plusquàm gens punica, nulla fœdera seruans, nec sacrosancta uereatur misœre prophanis. Sicq; impia sunt pila, minantia pilis: & futilibus illita blanditijs, sæuiunt tantùm cupidine ferri.

DE HOSTILI DISCORDIA, TAM AB Exercitu, q̃ Patria, semper a Ductoribus fuganda.

AT de priscis gentilibus, q̃ dilexerint pacem, & in exercitu, & in patria, Vnum dumtaxat de Cicerone exemplũ referam. Cuius indelebile nomen augescit indies ita, ut cum æternitate certare uideatur. Huius ope latinæ semper loquentur literæ, Romanæq; linguæ, supellex opulentior erit. Nunc sat inter multa, quæ nunquam excidet, & quas scripsit orationes nemo doctus ignorat, & quanta dicendi Vis, & auctoritas. Nam omnis eloquentiæ splendor in illis exprimitur: Quibus & L. Cathilinæ sodales profligauit. Ipsumq; sedula grauitate, uigilantißima cura astu sancto, tanquam Vrbis Inclytæ lucti feram pestem fugauit, sicq; extollit superos. Magna inquit Dijs immortalibus habenda est gratia, q̃ hanc tam tetram, tam horribilem, tanq; infestam Reip. pestem fugauimus. Nam hunc Cathilinam furentem audacia, scelus anhelantẽ patriæ, nefariè molientem, ferrũ, flammasq; minitantem ex Vrbe eiecimus. Hunc sicariorum Parricidarumq; ducem, & quem subuersorem pacis extinguere constans Senatus non potuit. Cuius certus ordo rerum erat, non præpotens populus, non uigilans Consul. nõ tanti seueritas Imperij. Huius patris patriæ sola triumphauit oratio. Cathilina igitur eiectus, penès Balneũ regium, prædonum maximus: præsidium (ut uidimus) tenens: quos carceres appellant, huc: illuc immanis latro diffugiens: Pistorio tandem in agro, sæuus in arma, septem super uiginti uulneribus: a pijs Romæ Ciuibus confossus: minaces itidem uultus ostentans (horrendum uisu) patefacta herebant Lumina: haud deiectus, sed extinctus, flexo poplite, inter cadauerum strages, mæcheram, stricta acie, ore cruento, seruabat effera manu. Quid tum si uictor, dum exanimis, du=

vos uictores terrificat? Hunc equidem, aliosq; similes, inimicus homo, ab initio homicida Sathan, discordias inter electos disseminans, ab inferis ni excidium credentium euomisse uidetur. At huiusmodi Iurgijs confecti, inuoliti tenebris, eadem impiorum potentes loca: mortui sine morte, mactabuntur ab orco. Seditiososq; uti Dathan, & Abiron uiuos Princeps uerae pacis, damnabit ad tartara. Vtinam modo Duces, populiq; fidelis, Principes: quōdam ualida crẽdẽtium manus, tot dignitatum etiam titulos animis aequarẽt paciferis: & non bellandi cupidine, supra homines, demonesq; insanirent. Quo fit ut agri uastati ubiq; iaceant, & inculti. Viri, mulieresq; a proprijs laribus exules, in mancipia trahantur a mauris, qui tot plagis, caninisq; rictibus in nos saeuiunt, dum uela noti hostium tendunt. Nostrae ne sunt partes, O rectores fidelium Remp. tueri, armaq; arripere? Nostra ne res agitur, ut solum a Deo nobis traditum, & templa, tueantur? At Principum ita inertes iacent animi, ut non uirtute, acieue instructa, sed ipsorum uecordia praeualeant hostes. Quo fit, ut regales natae, pudicissimaeq; matres, agere cogantur, quae ueneranda honestas cōticet. Ciues ubiq; uagantur, a sicarijs laniati, sic profugi coguntur tranare maria, dum opes ad exteros tot laboribus partae transferint. Solaretur hercle multitudo plebis inualida, tot iam anfractibus, tantis grauaminibus dilapidata, detracta pelle (heu) patefactis artubus, a planta pedis, usq; ad uerticem saucia: si de summa rerum agerent: & in Reip. corpus, non dimicarent. Quam & uerbum omnia producẽs ex nihilo, & rerum sator Coelestis Agricola pater, sancto uiuificante spiritu, plantauit: hi euiscerando exenterare cōtendunt: & quam tot sudoribus, & impensis, pij patres, totq; Heroum cedibus sedulo seruarunt. Sat illud in praesentia ferre, quod per oracula sancta, acer sui numinis seruator Iesus iam Tulit. Quid? Leones (inquit) populorum deficient: dum Vi effera, ac saeua cupiditate (quae finem nescit) passimq; uindicta accensi, laxatis durissimo Marti habenis, haud sicca morte, cedendo probis: ad inferna descendent, ut diuini Platonis de legibus, sententia tulit. Tunc homines incipient honeste uiuere, dum Resp. cōmittetur Philosophis. Ni fiat. operepreciũ, denuo ipsum Christum nasci, & uenundari, ac inter reprobos cōfodi: uirtute ut noua,

aliud acquirat regnum; aliam ditet Ecclesiam: At unius spōsæ Vir, sanctus sanctorum fuit; & erit: uidelicet Seruator Iesus: & quam propter tanta discrimina passus. Ob cuius dotem, Instrumentum nouum & æternum, ultra quod non est aliud mortalibus dandum, sanciuit: quod firmatum morte fuit. Illustratum gloria, summoq; meritorum cum loce quieuit. Veluti patet in Canticis; Mille (scilicet ò sponse seruator) argentei tui cæterorum uerò ducenti.

DE PACE DIVINA, QVAM NOBIS PAcis inuentor Christus detulit a superis, ab omnibus seruanda fidelibus.

VOs igitur, qui Fortunæ desertis habenas, iam iam cohibete minas, compescite bella: Vulneribus Seruatoris parcite: Sat iam pro nobis passus. Veniam plenissimæ parentis Ecclesiæ natis, date. Surgite a tenebris cum Christo ad primam gratiæ lucem. Aspicite amoris Vulnera, fontis latus (eia) unde incomprehensibilis summæ pacis insignia destiaut. En Victoriæ Palladium, quo pergama rapiuntur Cœlestia. Vbi Triumphus, & uera pax nostra. Tu qui uolat Columba, paciferæ oliuæ ramum in ore desers, in arcam, uidelicet summi architecti Ecclesiam, ubi fideles seruantur ab undis, temet absconde in petra Christo, delitesce in illo, qui est Cauerna maceriæ: in arcano uidelicet cordis, quo fibræ patent, & uiscera misericordiæ Dei nostri; quibus pacem referes, ut legatus Olympi, uisitauit nos oriens ex alto. Satage cum pacis authore, ut inter tot discrimina martis a facie ferientis inimici tuearis: pascarisq; fructibus pacis quos Seruator rediens ab inferis non ipsum sententia uertit, at mellea uoce sic reddidit feros. Pax uobis! Incōcussum dogma seruandum à filijs, quibus paciferum regnum promisit, qui compti pacis ramis oliuæ, ac signum Victoriæ decus ferentes, Olympum ascendent, ut sempiternis bonis fruantur, Regnum amoris carens fine, hic scopus sanctorum, & meta laboris, quod nec auris audiuit, nec mortale hausit pectus. Regnum quo omnia terentur imperia quod nobis illuc descendens pater pacis ostendit, summoq; amore sese donans, antequam rediret ad patrem, pacem rogauit ut sempiternam

(tot laboribus exhaustis) componeret, neq; tot contentus misterijs, qui oculum plantauit, & aurem, lucidissimis luminibus, pias stillantibus lachrimas superos orat, ut homo: fronte supina, in quam Angeli serenari desiderant, protensis itidem palmis ad Cœlum, quod tanquam uerbum aptauerat, tunc iturus ad Crucem, rerum cõditorem exorat. Pater sancte serua eos, quos dedisti mihi in nomine tuo, a quo omnis sanctitas emanat iterum pro nobis precatur claritatis inuentor. Pater fac ut sint unum, sicut nos, qui essentia, & potioribus induuisé bonis gaudemus, sic nostri pacis filij sint unũ nobiscum, in nos trãsceant, tãquam ueri per adoptionem filij, quia unum sumus, idem sapimus, idem uolumus. Fiãt unum summa potestate nostra, qui nobiscum pace, & inter se unitate fruuntur, ut sempiterna pace conspectui nostro clamare ualeant. Abba Pater, tanquam dulcisono uerbo. Abba, hoc est pater, & pater, ut qui genitor potenti creatione, sit & misericordi redemptione, ac ingenti meritorũ comertio; Tunc & filij sponsæ matris erunt, quæ & sine maculæ erroris, fidelium membra, glutino pacis componet. Hoc præceptum (inquit) meum uidelicet, ut sese diligant, & quamdiu in argumẽtis, quadraginta dierum numero apparens, ut pacem insereret pectoribus, distulit Cœlum petere, tum congregatos uisebat, simulq; cohortabatur ad pacem, ut cor unum, & anima una forent. Quando ascendens in altum triumphans, non hac, illac, progrediebantur, donec intonuit Cœlum, fragore facto, igni potente spiritu descendẽte in figura ignis amoris summi, quo unanimes, cõcordesq; in Deum diuina metamorphosi loquebantur magnalia, illiusq; titulos, qui omnium artifex, omnia prospicit, & omnem scientiam concinnæ uocis habet, huius flamma purgantur scelera, cum eis enim oportet pugnam esse, cumq; hostibus fidelium urgente negocio, non cum habentibus unitatis Ecclesiæ symbolum: quæ pia parens suos genuit, parturitq; Christus, cuius humanitas clamat, ut pariat, inq; toro Crucis parturit, tot gemitibus, & lachrimis clamor ualido tot doloribus coscussa; patefacto corde, & pectore toto dum sanguis redemptionis exiuit, & aqua generationis æternæ, ut filij iræ sanguinarij, ac polluti mũdarẽtur a Domino, ablutisq; stolis, ut oues quõdam scabiosæ, nitidæ ascẽderent de lauacro, quos per adoptionis gratiam, Paracle-

Io. XV.

tus uiulficando. Non igitur Bellóna éffera, & crudelis, est mater non uiolentiæ inuentor Mars, nobis pater, non ille serpens Antiquus qui hoc inimicitiæ infelix lolium in gentibus seminauit, hic quatit Vrbes, & euertit imperia, qui posuit in Paradiso bellum, inter primos fratres odia, inuẽtorq; totius discordiæ, & scelerum, quem ut seductorem parentem sequuntur, qui lites, & tumultus bellicos fouent. Qui uero in Christo sapientes, quantum ualent, bella, resecant ut pestem, sapientia, sanoq; consilio concordiam inserunt: ne & Principes credentium dentur in fabulam, beati. Quibus a supremo regum principe, sponte donati sunt, Illustres tituli quos maiores perenni fama seruarunt: hæc interest bellorum discriimina, pensitate Heroes: & in fœdera pacis, amorisq; Christi, ac Reip. Vosmet ligate: cædite iurgijs: a summo rerum inuentore discite: qui nobis omnia donauit, ut & uos tantillum largiamini. En munera Deo nostro placida recõciliari fratribus ut Christiani nomen sanctum uita, beneuolentia, æquemus & pace, his enim insignibus, nationes cognoscent, nos esse filios Dei uiuentis: quibus facta est æterni Imperij promißio, ut uestigia Principis nostri quanquàm non paßibus æquis, teramus. Ille nos inuitat, ut Aquila pullos ad uolandum. Rex regum tanquam auis crocitat, ut nos cõgreget sub alis ne feriamur ad hoste.

CONCLVSIO OPERIS, VT PAX SIT INTER *fideles, bellum contra fidei hostes, sic cum Triumpho redibunt credentes.*

IGitur ut concludenter agam pacem, claritatemq;, aureum rerum in Deum, & proximos habeamus tunc omnia succedent prospera, donec occurram illi, & unum efficiamur cũ illo, ubi Cœlestis Hierusalem, & ueræ pacis uisio, ibi omnia nobis sine fine donabit omnipotens, qui fecit utraq; unum uidelicet in Terris, Hebræorum & gentilium Populum pacis uinculo Deo patri, acceptabilem: ac super Poli sydera, Angelorũ, hominumq; cum eo unitatẽ. Quis in re Diue Cæsar tuum hoc fore munus, manu Dei fretus, omnes Christicolæ autumant, ut a finibus nostris hostes auertas: Iraq; altißimi auertatur a nobis. Et ut iugis barbarorum rabies exscindatur,

exſcindatur, quæ credentium populos uita, priuare conatur Imperij recidiua delere, Chriſtianorumq; nomen extinguere. Neq; ardua difficiliſq; prouincia eſt, ſi fidelium principes, cum Inclitis, te authore in unum coheant. Nam ualidiſſimæ Cohortes, noſtrorum & acies. Hic Inuictæ Hiſpanorum, Luſitanorumq; legiones, Germaniæ, impetrabiles cunci, Italûm, Gallorumq;, ſublime armorum decus, ac præſtās equitatus inuincibilis, qui non inermes, ſed armati, ſuper inſtructos ferro equos, incedūt. Omnes ſiquidē audētes, ingenioſi, & fortes, qui æuum terunt potēti enſe, & haſta: quibus tremente parma, & ſolo: Infideles effeminati, ac ſine more pugnantes neu quidem ſonitum ſuſtinere audebūt. Arbitranturq; fideles te fortiſſime Cæſar, omnes dies, noctesq; hoc unum excogitare, uidelicet Principes una cum Regibus conciliandos. ut iniuriarum obliti amicitiam in Chriſto ineāt uoce, animo, ſtudio, uirtute. Sicq; de ſumma rerum conſiliū capiant certum: ut reformati in melius, arma uictricia ſumentes, congrediantur in hoſtem. Tandem ſub Auguſtiſſimo ac Triumphali, Chriſti uexillo, Laurea inſigni tecum triūphantes, Romam uictores redeant. Iccircò Iuſtiſſimum arbitror, Seruatorem ipſum caput noſtrum, unà & ſuperos præcari, uenerari, atq; implorare, ut ſuo numine, propria Templa, tectaq; noſtra defendant. Ac Remp. itidem, quàm pulcherrimam, florentiſſimam, potentiſſimamq; eſſe uoluerunt, in præſentia omnibus infidelium copijs, & quondam terra, mariq; ſuperatis, a perditiſſimis canibus ſeruent. Vos igitur fortiſſimi Heroes, pijq; Reges ac intrepidi, fortunas, liberos, coniuges, ſceptra, uitamq; omnium ueſtrum Clariſſima regnorum domicilia, Orthodoxam fidem, ex flamma, atq; ferro defendite: hoſtium infandos ignes reſtringite, barbarorum retortos gladios à iugulis ueſtris, potēti manu, laboribus, periclisq; eijcite. Sicq; Vigilantiſſime, ac Max. Cæſar, ſemper Auguſte, fidelium Ductor, multitudo omnis te Cœlo delapſum ac clamabunt, tot hoſtium incommodis, & timore ſublato. Tunc illa Inclyta Roma, Imperium terris animos æquabit Olympo. Maiores reuiuiſcent, uelut in Carolo (dixerim) tuo uerè Magno, maximæ laudes, atq; Triumphi. Iccircò, Tu qui inuictiſſimus ſemper, tuq; optimus, Auctoritate, Præſidio, ſapientia, totiusq; populi fidelium Maximus Princeps, maiora facinora laudum, per-

ficies. Sic terram, mare, sydera iunges. Quo nexu Iustissimus Cæsar noster, semper Augustus, tam ardua cinget? Nobili, Diuumq; genere: uirtute intrepida: studio: ratione: diligenti cura: beneficijs (quibus incātantur homines, apud Socratem) cādida fide: Iustitia, moralium Clarißima: Præstantibus armis: piceo sudore: duris laboribus: gloria: fama Triumphis: magnitudine Imperij: Sanctis moribus: ac religione perpetua. Accipe igitur Clementißime præpotensq; Cæsar, meorum mōnimēta laborū; ut BOBI tui longum testentur amorem: Quibus pro tantis euigilatis noctibus/ nullum ego uirtutis præmium, non ornamenta honoris, nō laudis insignia: At unum Orthodoxæ, uidelicet fidei, & Reip. credentium, ac Romani Imperij, prouentum quærò. Nullam enim uirtus (qualis sit) aliam mercedem desiderat, præter hanc laudis, & gloriæ. Licet insideat quædam in optimo uirtus, quæ noctes, & dies animum stimulis concitet, ut memoriam nostri nominis, cum omni posteritate æquemus. Scio enim quòd nostri labores, bonitate Altißimi, optimis sermonibus penes uiros probos crescent: dum polus sydera pascet, fixa manebunt: roburq;, tempore sument. Tandem, merces mea, utiq; magnanimis (& qui omnem Victoriam præstat) Christus, omnium Dominus est. Lapis uiuus, qui semper immobilis perstans, nostrorum est operū basis aurea, aduersusq; irruentes aquarum turbines stabile fundamentū, Cui una cum Patre, & Spiritu sancto, omnis Maiestas, & Potestatis Imperium.

FINIS.

FINIS.

Loca partim emendata: nonnulla mutata, pleraq; ab Authore superaddita.

Lege, EXHORTATIO. *fol.* 1. *lin.* 1. *lege*, Tamen *ingens. fol.* 3. *linea.* 7. *a fronte. lege, sempiterna pace, fol.* 4. *lin.* 15. *á tergo. lege, restaures hic, fol.* 5. *lin.* 5. *à fronte. lege*, Mosiq; *ibid. lin.* 15. *lege, & in Christũ. fol.* 6. *lin.* 18. *a frõte. lege, in sexto ibid. lin.* 28. *lege*, Neu *patriæ. ibid. lege*, Illibata *pietate, ibid. lin.* 31. *lege, inobedientiamq;. fol.* 7. *linea.* 36. *a frõte. lege, cantharosq; sicera plenos. ibid. linea.* 33. *a tergo. lege, toties uires insid. fol.* 8. *linea.* 15. *a tergo. lege, uestris sedeat in manibus, ibidem linea.* 26. *lege, testeam figuli. fol:* 9. *linea.* 5. *a fronte. lege, plantario ibidem linea.* 6. *lege, nec tempora pono, ibidem linea.* 9. *lege, paruum discrimen ni. ibidem linea.* 12. *lege*, Reges, *lege*, At *cœlesti. ibid. a tergo linea.* 11. *lege, dictante ibid. linea penultima. lege, congessere. fol.* 10. *linea.* 7. *a fronte. lege, quidplura. ibidem linea.* 38. *lege, prope* Getas. *ibidem linea ultima. lege honores. ibidem a tergo linea.* 17. *lege*, Regumq; *propriæ dotes. fol.* 11. *linea.* 1. *a frõte. lege, sanguinis cõmistio. ibidem a tergo linea.* 7. *lege, regius. ibidem linea.* 9. *lege, caro scilicet leonis. ibidem linea.* 23. *lege, est* Bezaar. *ibidem linea.* 30. *lege, omnem ægritudinem quãq; chronicam. ibidem linea.* 35. *lege* Iccirco *solem penes philosophos. fol.* 12. *linea.* 13. *a fronte. lege, cuius ductor magnus* Su*limanus. ibidem linea* 22. *lege, & sint deucti nanq; moribus, illustres uirtutibus. ibidem linea.* 34. *lege, ab ulysse. ibidẽ linea.* 35. *lege*, Ilia *tellus, ibid. lin.* 36. *lege infideliũ* Turme, *ibid. lin.* 1. *à tergo. lege uenerabũtur, ibid. li.* 18. *lege, à superis, ibid. li.* 28. *lege, sic ait, ibid. li.* 34. *lege, quia, ibid. li.* 38. *lege, dextra regã, ibid. lin.* 38. *lege, extẽderunt, fol.* 13. *li.* 14. *lege, cœlistibus* Victoriã, *ibid. lin.* 36. *lege, ueluti filijs* Isacl, *ibid. lin.* 37. *lege* Vrsum *ut alter, ibidem a tergo li.* 13. *lege*, Robustusq; Iosue, *ibidem lin.* 31. *lege, inexpugnabiliaq;, ibid. lin.* 32. *lege*, Quid *plura, fol.* 14. *a frõte lin.* 17. *lege*, Mystico, *ibid. lin.* 21. *lege, zelus, ibid. lin.* 24. *lege, pascũtur, ibid. lin.* 31. *lege*, A *deo tibi credito, ibid. lin.* 35. *lege*, Hũc *gementẽ, ibid. a tergo lin.* 7. *lege, sãctis legibus ibi. li.* 21. *lege, fietq; aut, ibid, a tergo lin.* 32. *lege uisẽdo, ibid. li.* 37. *lege, uidẽdo, ibid. li.* 39. *lege, dono ibid. lege, quin.*

etiam, fol. 15. li. 4. lege inobliquabilis, ibidem a fronte li. 9. lege, in quo nedum, ibidem lin. 20. lege, sapientia uerum, ibidem. lege, sibi creditas tam exemplorum, ibidem lin. 25. lege, Hyppocratem cum suo, ibidem lin. 40. lege, dicitur, Aboali, Auicenna, ibidem a tergo lin. 1 ... 2. lege, quanq̃ in quibusdam, ibidem lin. 3. lege, indies augeatur, ibi. li. 19. lege, quia deus, ibidem lin. 20. lege, iugi palestra, ibidem lin. 25. lege, Mæcenas lectoribus, ibidem linea. 30. lege, liberalitate Insignis, ibidem lin. 40. lege, primos Ecclesiæ patres, fol. 16. linea. 10. a fronte, lege, seruatoris mandatum inter, ibidem lin. 13. lege Clarissimus ita, ibidem lin. 23. lege, traxerit Liuius, ibidem lin. 25. lege, in eo uigere, ibidem lin. 7. a tergo. lege, Physici quod, ibidem lin. 25. lege, subticuit V... es, fol. 18. lin. 16. lege, erunt & fideles, 16. lin. 28. lege, est tanti exercitus, ibidem. lege, & principum furor, fol. 19. lin. 6. lege, sic concussis, ibidem lin. 14. lege, Nam hominum, ibidem lin. 27. lege, hi tantum uirtuti, ibid. lin. 28. lege, uestrasq; defendite, fol. 20. lin. 21. lege, hic Martyres, & uix. fol. 21. lin. 5. lege; Martyrũ Christi, ibidem lin. 9. lege, Israel ductorem, ibidem lin. 39. lege, ductoris Mosi, fol. 22. lin. 1. lege, ense peremit, ibid. lin. 4. lege tota Machina mũdi, ibid. li. 6. lege, corpora in fracta, ibid. lin. 28. lege, penes physicos, ibid. a tergo lin. 26. lege, Graios uigentem, ibid. lin. 28. lege Ieram Siculorum, ibid. lin. 34. a tergo. lege, inmaniter insultantium, fol. 23. lin. 29. lege, Dauid Ionathas fol. 24. lin. 5. à frõte. lege, sicq; in Aegypto, ibid. lin. 21. lege, sic principatus, fol. 25. lin. 3. à fronte. lege, tu Sinon, fol. 26. lin. 22. à fronte. lege nec Larissæus Achilles nõ animi domuere decem. ibid. lin. 26. lege, mille ut Dares, ibid. lin. 27. lege, O cohibete iras, fol. 27. lin. 7. à fronte. lege ut sese, ibid. lin. 15. lege, natos ultra fuit. ibid. lin. 6. à tergo. lege, nobis uinum dare. ibid. lin. 20. lege cõmentum fecimus, ibid. lin. 24. lege, Inscij milites, fol. 28. lin. 36. lege, consulendũ nõ esset, ibid. lin 24. lege, splẽdidiores micabũt, fol. 29. lin. 31. lege, aut principatus, ibid. lin. 7 à tergo. lege, eiusdem sit, ibid. lin. 13. lege, oppidũ restatur, fol. 30. lin. 3. à fronte. lege, sapientũ authoritas, ibid. lin. 14. lege dextra utranq;, fol. 31. lin. 3. lege, ingenij acumine, ibid. lin. 14. lege, patella gemit ad grossitiem dorsi mei, ibid. lin. 24.

lege, construxerat, ibid. lin. 37. lege, hic Antae iaces fleq; fol. 32. lin. 16. à frōte. lege, Aegyptum perstrinxerit, ibid. lin. 27. lege, hi Ambo Heroes maximi, ibid. lin. 36. à tergo lege, sicuti Ouidius, fol. 33. lin. 22. à frōte. lege, primus in Abel, ibid. lin. 34. lege, nedum hostijs uerum, fol. 34. lin. 8. à fronte. lege, ingenio fuisse, ibid. lin. 31. lege, tanq̃ uoces, ibid. lin. 5. à tergo. lege, fugiens seruatus, ibid. lin. 15. lege, sublimem Sinae. ibid. lin. 37. lege, uictorijs comitantibus, fol. 35. lin. 3. à fronte. lege, Deum adorabat, ibid. lin. 9. lege, extollētibus eam minime, ibid. lin. 18. lege, Aeternūq; seruanda nullis, fol. 36. lin. 6. à frōte. lege, hodie in sua solemnitate, ibidem. lege, spiritu & intelligentia, ibid. lin. 32. lege, qui ut deus ētiādat sapientiā affluenter, ibid. lin. 12. à ter. lege, reali creasse, ibid. lin. 20. lege, Auctoritate gubernās, ibid. lin. 21. lege, tam ratione ueri q̃ nobilitate, ibid. lin. 23. lege, Hic in sāguine, ibidem. lin. 33. à frōte. lege, praediti qui Rempub. ibid. lin. 11. à tergo. Aliter Bibliorum, fol. 38. lin. 9. à frōte. lege indomita uis apud Graecos, ibid. lin. 30. lege, fuerunt nō opere, ibid. lin. 6. à tergo. lege, Dei Hierosolimis, ibid. lin. 18. lege, palus cingit, fol. 39. lin. 13. à frō. lege, qua probatur, ibid. lin. 10. à tergo. lege, & sacris Regibus, ibid. lin 30. lege, Quam ipse, ibid. lin. 38. lege, iactantes extollūt, fol. 40. lin. 6. à frōte. lege, quae instrumēta, ibid. lin. 20. lege, quae Esētia supra, ibid. lin. 10. à ter. lege, altissimos Coelorū, ibid. lin. 29. lege, Cyrillus Gregorius, ibid. lin. 40. lege, nō sic fermētato usus, fol. 41. lin. 10 à frōte. lege, spiritus sanctus, ibid. lin. 28. lege, Mysteriū sicuti Ezechiel, ibid. lin. 16. à tergo. lege, fornace septuplū, fol. 42. lin. 11. à fro. lege, Aeternā honoratur, ibid. lin. 28. lege, pro concilio, fol. 43. lin. 11. à frōte. lege, aut noscere, ibid. lin. 28. lege, & Sapho, ibid. lin. 32. lege, Caesartensemq;, ibid. lin. 34. lege, q. quidem eiūs, ibid. lin. 13. à ter. lege, potenti dextra, ibid. lin. 17. lege, ubera fratamulis, ibid. lin. 18. lege, in Sexto Aeneidos, ibid. lin. 27. lege, qui principes, fol. 44. lin. 5. à frōte. lege, q̃ tacere, ibid. lin. 27. lege, Tenasmon sequuntur, ibid. lin. 6. à tergo. lege, Capere ualebunt, ibid. lin. 17. lege, quod mirari, ibid. lin. 22. lege, se misceāt, ibid. lin. 25. lege, scilicet contēplando ortum, ibid. lin. 30. lege Vulture, Coruo, ibid. lin. 37. lege, mali Ominis apud Gentiles Bubone, ibid. lin. 38. lege, principijs

uirtutũ, fol. 49. lin. 7. à frõte. lege, indecipalum, ibid. lin. 34. lege, Hydrum tot, ibid. lin. 35. lege, parens omnium primus, ibid. lin. 5. à tergo. lege, omnia solus, ibid. lin. 6. lege, in cunctis rebus, ibid. lin. 7. lege, queq; optima, ibid. lin. 12. lege, infatigabilis idem, ibid. lin. 13. lege, in sexto celebrat, ibid. lin. 20. lege, Illico perficiat, fol. 50. lin. 1. à frõte. lege, Verba siquidem, ibid. lin. 9. lege, iure sanctissimo ponit, ibid. lin. 15. lege, regnum indeficiens, ibid. lin. 18. lege, quo inania sunt, ibid. lin. 21. lege, coniũcta Trahuntur, ibid. lin. 31. lege, concelebrantes adorant, ibid. lin. 39. lege, angit copiæ, ibid. lin. 34. à tergo. lege, sufferre citatis etiam, fol. 51. lin. 3. à frõte. lege, nempe manus, ibid. lin. 17. à tergo. lege, quia indelebilis scripta, ibid. lin. 29. lege, prima inuentu, fol. 52. lin. 22. à frõte. lege, nerui & artus, ibid. lin. 28. lege, inquit uade & uende, ibid. lin. 1. à tergo. lege, curam domesticorũ, ibid. lin. 10.

FINIS.

DEIPHOBVS LVCARELLVS CAMERS, AD PRINCIPES CHRISTIANOS.

Victurum Vobis longum Lodouicus in æuum
 Bobius afflatus numine. prompsit opus,
Surgite Magnanimi Heroes, Victoria uestra est,
 Militibus nostris Africa terga dedit,
Sumite concordes ualidis uictricia dextris,
 Siquis honor Christi uos mouet, Arma Duces,
Nunc opus est animis: opus est nunc pectore firmo:
 Per mare, per terras hostis ubiq; pauet,
Fata Iubent, Fortuna fauet, nunc cominus hostes
 Lædite, nunc uictos eminus hasta fuget,
Num uobis deerunt Felicia Numina IVLII,
 Tam bene qui pascit per iuga MONTIS oues?
Per uos pacato uenient sic Aurea Mundo
 Secla, & Ouile unum, Pastor & unus erit.

Perusiæ ex officina Andreæ Brixiani, Calend. Octobris
Anno Domini, M. D. L.